

PRAELUDIUM.

Ad informandos lectores nostros catholicos, ne quis eorum offendatur in omissa censura ecclesiastica libelli expressi, confiteri cogimur codicem manuscriptum proposuisse magistratui legitimo, qui die 14^a Octobris a.D.1946-o data et duobus seriis concepta sententia breviter, at ex nostra persuasione sine iusta causa abjectit dissertationem nostram. Adversus hoc decretum RR.DD.vicarium generalem provocavimus in appellatoria instantia orationis de verbo sequentia scribentes:

"Dissertatio Mysterium Siculorum inscripta errores permultos continet biblicos, etymologia eius non valet ante postulata scientiae gravioris: dicit nota censoria. Confitemur nos met ipsos homines caducos et erroribus plenos refertosque esse, propterea rogabamus rigorositatem censoriam, ne quis adversariorum crimine superbiae accusaret nos. Propterea peregrinamur iam decennia ab uno sacerdote ad alterum exorantes eos humillime, ut demonstrarent nobis via, errata, peccata nostra, quia innocui esse cupimus; ast hac humanitate nemo illorum gratificabatur nobis in hac re. Modo sic est possibile emendare vitia, si nominentur illa, e.gr. si dicamus: non est verum Dominum nostrum Jesum Christum de Melkisedech assumpsisse pontificatum in Se; non est verum Melkisedech regem fuisse Sichenitarum, sed hoc et hoc est verum. Vicissim si pro explicatione et emendatione vitii nominati dicat iudicium: tu „eretnek"^u es/h.e.lat. schismaticus/, amice! hac sententia ab omni peccato absolvit nos arbitrus noster. Huius vocis forma originalis est „wjeretnik" significans: credens, fidelis. Nullam virtutem, nullam veritatem tribuimus nobis met ipsis, solummodo vitium et errorem; in hoc casu quoque Ecclesiae Romanae et patri nutritori tribuentes omne bonum, armamentis cupimus accingi Dei, ut reiciamus impetum illius spiritus, qui iam in ultimo actu et altaria nostra subversurus est: tunc sonat vox arbitri adversus nos: „Hohó, amice, hic error est!" - quomodo possit hic sceleratus purgari, sanctificari et illuminari? Si ergo nec unica quidem sententia aut positio digito monstretur aut refutetur a iudice vel nominetur, tunc iuste vereque in dubium vocanda est praesentia cuiusvis erroris.

In aspectu etymologiae credimus arbitro non valere eas ante sellam curulem postulatorum scientificam; nec de his honoribus quidem contendimus, quoniam haec postulata nonnunquam mutantur, neque est possibile notitiam sibi comparare omnium doctorum, ad quos scripta pervenire possint, quo circa semper contenti eramus et sumus ea gra-

tia, si explicationes nostras etymologicas ex sacramento nominis deducere potuerimus, quandoquidem postulata huius methodi iam in nativitate mensura pari distribuebantur omni creaturae; ergo hac methodo communis vigoris utentes prima stipendia possumus mereri de omnibus bonis et doctoribus. Attamen nihil impedit DD. doctores scientissimos, ut in locum ante eorum scientiam non valentium explicationum meliorem, rectiorem et prudentiorem instituant; at hanc facilitatem gracilem quoque negligere, sed sese proripere velle de obligata etymologia, minime monstrat gravitatem immoderatam. Ad has positiones probandas liceat nobis aliquid commendare: demonstret quisque doctorum 1/ quid significet vox „székely” et quae sit origo eius; 2/ quae sit significatio nominum: „catholicush”, „felekezet”/=secta/, „Isten”/=Deus”; 3/ Proponet nobis scientiorem enodationem indiciis de ghetto vicecomiti propositis. Deinde dijudicet Dignitas Vestra, utrum etymologia doctoris rigorosi, an interpretatio fidelis demissi sit sanctior et clarior.

Nihilominus quolibet modo vigeat causa etymologiae, non hiccine versatur cardo mysterii Siculorum, sed in hac re, quod neuter populorum prodibat usque ad hoc tempus ante thronum scientiae summatim conquaerendo de hereditate pontificatus excepto Siculo, quocirca prioritas relationis hereditariae sine dubio nobis Hungaros debetur ita ex consanguinitate, quam unitate S. Coronae.

Porro si alicui non videatur prorsus argumentata esse indiciis etymologicis vel alia ratione theorema mysterii Siculorum, et in hoc casu valenter manet quasi hypothesis scientifica, quae methodus passim usitatur in omnibus partibus scientiae. Nihil detrimenti signabat generis humani, quod a Columbu ex sua ratione erratice non India, sed America reperta est; sequenter nemo nos iuste reprehendere potest, si mysterio Siculorum adiuvante in sorte patriae et ecclesiae nostrae perfectior resolutio inventiatur. Sine notitia veritatum in mysterio nostro absconditarum nec archiabbas de Pannonhalma visu contingere potuit pro merito vocationem Hungarorum inter ephemerides posito capite. Quomodo possit tunc quisque publicistarum civilium sine scientia mysterii Siculorum res complicatissimas spirituales, mentales et publicas, quales e.gr. res Hebraeicae significant ita ad nationes, linguas, et religiones relatas, quam in se consideratas? Ex obscuritate etenim horum aenigmatum scaturiunt perturbationes, seditiones, motus et miseriae aetatis hodiernae internationales et calamitates cunctae temporis Apocalyptic. Sine applicatione veritatum et regulorum in mysterio Siculorum absconditarum non datur pax mundo, fru-

stra experiuntur in his sapientes UNO,cum sine mysterio Siculo-
rum quaevis pax mundi ad eversionem mundi tendat.Vicissim gratia
haec,qua ss.voluntas Dei in hac parte nobis Hungaris revelata es-
set,tam grande officium affirmat nobis Hunnis in administrandis
gentibus,de qua pusillanimi et viri angustioris aspectus nec som-
niosi quidem somniare possunt.Huius mysterii insciis nec pragma
mirandum comprehensibile aut explicabile est,velut de hac re item
dies Szegedienses argumentati sunt,cui tribuenda sit permanentia
patriae nostrae millennaria adversantibus cunctis experimentis,
cuius par solum in vita populi Judaei inveniatur"

Haec appellatio nostra in causa censoria a DD.Vicario generali
sine ulla nota et responso scitu assumpta est.Non est dubium,quin
hoc arbitrium cum auctoritate iudicaria factum nec scientiae con-
veniens nec religiosa compositio sit quaestionis,sed aversissimus
animus potestatis et emanatio alienae voluntatis eiusdem spiritus,
quo alia elaboratio tractabatur a cognitura reipublicae,quam teo-
logus quidam maxima laude honorabat,politicus vero procurator ex
rationibus politicis opprimentium Germanorum similiciter recusabat
scribens: ineptam esse ad edendum et divulgandum.Huiusmodi iudicia
naturaliter laesiones rusticae sunt libertatis scripta typis eden-
di.Onera et impedimenta huiusmodi censurae et RR.DD.episcopi sen-
tiunt atque patiuntur.Ast apparentia insolens est huiusc censu-
randi modi scl.id,quod approbatione ipsius magistratus censorii
dioecesis apparuit libellus scholarum elementariarum catholicus,
in quo oves Jesu Christi,Beatissima Mater,bethlehemistae penta-
gonis stigmatisantur,licet vulgo cognitum sit figuram hanc stig-
ma esse officiosum adversantium Christi./No.3000/1945./

Aspicientibus summas rei scientificas commemorandus est hic
conatus studio magno actus,qui Dominum nostrum Jesum Christum
non Judaeorum sed Scytharum Palestinam inhabitantium partum af-
firmat et argumentis historicis demonstrat.Apud nos Hungaros D.
Franciscus Zajti est huius conatus promtissimus magister,et ex
colloquio cum eo personaliter acto certiores facti sumus de ve-
ritate,quod nec apparatus splendidissimus scientiae potest tam
perfectam et placabilem resolutionem producere in hac quaestio-
ne,quam benigne exceptum mysterium Sicularum.Si enim demonstra-
remus,supponeremus et acceptaremus Salvatorem Jesum non de gente
Judaea ortum esse,non ex stirpe Davidis nata Virgine corpus su-
um assumpsisse:hac re simul abjicienda esset pars Jesu Messiana,
quoniam secundum promissiones,revelationes divinas et consensum
communem Paganorum Redemptor mundi de gente Judaea oriri optuit.

Haec persuasio pronuntiabatur a propheta Bileam, a magis orientibus et a Pilato. Salvator autem noster Ipse praedicat de Se:
Apoc.22. "Ego sum radix et genus David." Vicissim David, rex Judaeorum ,et
16. clarissimus pharisaeus Hebraeus,s.apostolus Christi affirmat Redemptorem de Paganis assumpsisse Sibi pontificatum,i.e.animam et spiritum,quae res tanto amore,tanta persuasione et scientia fanatica extollitur a progenie Scythurum ,praefecto bibliothecae Hungaro,ut in extasione sua abjiciat originem corporalem Christi a Judaeis sumptam.Attamen exclusive eo modo apparet Salvator mundi in suo claro splendore,si in Eius SS, Persona adunetur uterque typus cultus divini in gente humana inventus scl.Judaei et Pagani,quae res et dispositio divina in electione alterae gentis a Patre designati repraesentantis eminet;suffragantibus cunctis indiciis et signis haec altera gens electa iuxta Judaeos est gens Hunnosiculorum.

Ecce hoc theoremate et realitate in mysterio Siculorum abscondita donatur et gens Hungara seu Scythica a praefecto Zajti et omnibus fidelibus adeo exoptata propinquitate ad Christum, vicissim nemini concedit potestatem legitimam abjiciendi Jesum, quae res evenit tam apud Judaeos quam Christianos lapsos, quoniam in divina Persona Jesu Christi quaeque factio invenire potest suam veram idealem speciem.

His rite consideratis iuste constituuntur sequentia:1/D.censor ecclesiasticus ne unum quidem profert errorum biblicorum opinatorum,quocirca hi emendari nequeunt.Mox lapsus biblici haudquaquam debilitant castitatem fidei et morum perinde ac plenitas scientiae biblicae minime assecurat quemquam a peccatis.2/D.censor munus officii sui exequens simpliciter omittit monstrare vitia,quae repugnant dogmatibus vel moribus Christianae religionis,licet hoc sit officium censoris dioecesani,non vero sententiae grammaticae, quae proprie non ad munus eius pertinent.3/Habemus enim facultates separatas in universitatibus scientiarum sedule se occupantes in quaestionibus linguisticis,quamobrem huiusmodi notae quid ad censem refert?4/Non solum catastrophe Hungarorum publica,sed etiam tempora novissima Christicolarum postulant et urgent,ut de rebus gentis electae conficiamus cum magistratibus ecclesiasticis, quoniam huius mysterii doctrina hodie vigens haud suppetit satis abunde ac clare mutantibus circumstantiis vitae spiritualis.Huius defectionis eliminandae gratia deontologice oportet hoc secretum fidei in consilium publicum deferre,ut ab omnibus,quibus interest, particulatim disceptetur controversia multorum,et haec lis religiosa incorrupte ac integre discernatur a iudicibus rigorosissimis. eo vel magis,quod ex his responsis Dodonaeis nec justificabitur, nec sanctificabitur adhuc quisquam piorum. Neque symbolum i.e. confessionem fidei catholicae exercentem apostasias condemnare,et tam facile leviterque fronti inusto stigmate ^{haeresis} obsigillare servum S.Romanae Ecclesiae sincerum fas et iura sinunt;neque Pastor bo-

nus agnatum redemptum suum auctorem dogmatis nefandi subito
permittet fieri.

Caput primum.

DE GENTE MYSTICA.

P.Franciscus Fasching S.J. Siculos, incolas Hungariae, originis arcanae populum nominavit tunc, cum fabulas Chronicarum lustravisset et methodo scientifica demonstrationem novam quaesivisset originis Siculorum. In his vestigiis procedentes scriptores historici theorias varias extruxebant de rebus praeteritis, origine, nomine; hae autem hodie quoque in mutationibus multifariis circumferuntur apud litteratos. Summatim haec theorematum colligendo eorum prima et maxime divulgata est origo a Hunnis sumta secundum Annales. Deinde unus scriptorum historicorum affirmit eos originis esse Jassones vel Jasyges, hungarice: Jász, populum Hungariae /Fasching/; alter gentem „besenyő”/Stilting/, alter Cumanos, hungarice: kun/Pray/; gentem „Kabar”/Fejér/, Judaeos/Horváth/; custudes finium Hungariae/Hunfalvy/; subjugatos peregrinos /Timon/; Turcos/Réthy, Munkácsy/, Gepidas/Fülöp, Ács/, Kazaros, Kabaros/Sebestyén/ spectat et disputat Siculos. Ex omnibus his adhibitis conjecturis percolatum eventum sequenter complectitur scriptor noster er praeclarus rerum gestarum Julius Sebestyén: etymologiam vocabuli singularis „Székely” i.e. Siculus fundamento linguae Hungaricae usque ad hoc tempus explicare non contingebat; ipsam autem gentem Siculorum de natione lunigera Turcarum abscissam nobiscum una concessam stirpem computare possumus. Novissime vero Arpadus Orban Siculos affinitatem Sumirorum confitetur, nomen autem eorum derivat a verbo: shekel=siclus. Certum est hanc exiguum gentem litteratura praestanti gloriari, nihilominus adhuc semper reperiuntur mysteria temporis eius praeteriti et praesentis necnon vocationis aenigmata, quam obrem his rebus occultis meditationes nonnullas oblaturi sumus. Investigantibus etenim, quid non detegeretur adhuc ex praeteritis temporibus, tunc historia cuiusvis fragmenti gentiliciei, immo maximorum populorum quoque prae obscuritate primordiorum inter umbras nebulosas absimitur, ergo quaevis nationum habet sua arcana, attamen mysterium Siculorum quasi adhuc magis mirabile esset. Intra et extra fines patriae nostrae non invenitur adhuc unus alter populus, cuius res absconditae magis allicerent doctores et doctos, quam mysterium Siculorum. In huius rei singularis recessu invenienda est aliqua causa, ceterum non irritaretur adeo phantasia scriptorum historiae hoc praeterite, sed contenti essemus demonstrationibus praesentibus. Eiusmodi est haec

+ nisi iam prius alicubi influente laingua ^aliena suum sonum
originalēm: sch in sibilum: Sz transformaverit, velut hic casus
in voce nostra: Sichem probatus est. Apud Turcas vero causa muta-
tionis non invenitur, quoniam lingua eorum habet consonantes: sch
et tsch.

apparentia, quam eorum, qui thesaurum exquirunt sub ruinis arcis excellentis, aut tentamina urinatorum, qui navim lord Kitchener cupiant evellere ex profunditate maris, qua vim immensam auri et argenti vehebat suis confoederatis, sed iuxta litora Svecica perierat. Ad hunc laborem, ad hanc explicationem rei mysticae Siculorum precamur gratiam illustrantem Spiritus Sancti; benevolentiam et gratam curam lectorum nostrorum.

Huius quaestionis apertura certe in explanatione nominis „székely”=Siculus latet, propterea conatur quisque scriptorum prius hoc vocabulum illustrare. At labor psychologorum quoque maxime exoneratur felici dispositione huius problematis. Ex praeteritis ergo saltem tot sunt aperienda, quot ad intelligendum futurum, respective ad exponendam spiritualitatem omnino necessaria sunt, i.e. cognoscendi sunt, qui ante oculos nostros versantur. Si regula est haec in evolutione individui, tunc norma esse debet hoc postulatum in individualitate populi quoque. Itaque si rectum et certum fundamentum adipiscatur theoria, quibus exstruuntur compagines rationis, tunc structura mentalis valide stabit, cum conclusiones in signo egressus formarentur. In aspectu etymologiae modo combinationem domini Orban de „shekel” proferimus, quia haec post sententiam definitam domini Sebestyén apparuit. Auctore Orban populus Siculorum, hungarice „székely”, nomen proprium suum de nummo Sumiروم et Judaeorum „shekel”/^{שֶׁקֶל} acceperat, cum haec vox non solum pecuniam, sed etiam pretium significavisset, et in porta splendida Turcarum primores „sikil” nominati essent. Huic opinioni resistit illa circumstantia, quod ne una quidem gens aut natio de nummo vel currenti pretio baptizaretur, et hoc exinde lucide perspicitur, quoniam gens semper prius exoriebatur suis propriis nummis. Denominatio populorum plane alii generis est testimonium et non negotiationis, quo circa nec apud Judaeos excellentissimos speculatorum usurae reperitur hic modus nominandi. Contradicit huic suppositioni et id, quod in lingua Hungarica sonus litterae Hebraeae „sh”/^{שׁ} nunquam convertitur in litteram sibilam "sz", sed manet "sh", vel in consonantem "cs"-tsch vertitur. Sine dubio invenitur vox Hebraea „shekel”/^{שֶׁקֶל}/et in dialecto Hungarica, cum in metiendo pretio vel pondere usurpetur adjективum: „sekély” et „csekély”, quod evidenter est idioma Hebraicum factum simplici metathesi quantitatis, quae non est rara apparentia phonetica in lingua nostra vernacula. Ludus phoneticus litterae "sh"-sch cernitur e.g. in vocula Hebraea: "ish" ^{אִישׁ}/in his nominibus propriis: Gyuris, Popovics, Bonis, Bodis, Sisaj,

Shisha=Csicsai; Shaba=Csaba etc. Significatio porro nominis "székely"² =Siculus explicatur a scriptoribus ex occupatione eorum: „custos silvarum” „tutor finium”.

Ex his et ceteris cunctis theoriis et explanationibus minime elucescit, quomodo acceperit gens "székely" cum Siculis i.e. inhabitatoribus Siciliae idem nomen! Ast haec parvula adumbratio argumenti maximi momenti esse potest in consideratione huius nominis, quandoquidem imperium Romanum fuit illud spatium, in quo haec minima gens huc et illuc volvebatur, donec in patria sua praesenti consedisset. Certum est porro nec unica^m quidem harum doctrinarum gentem hanc parvam in podium extollere sui immolatione meritum, neque occultationem illustrari a scriptoribus toto corde suspicatam sed oculis non intuitam. Itaque tam apertam quaestionem connamur et in foro lustrare scrutando hoc nomen arcanum, si forsitan Dominus Deus custos sedulus atque revelator verus omnium rerum occultarum in Codice Legis supernaturalis inventae gemmae mican- ti donaret clarum et splendorem nobilissimum. Deo revelante enim ex causis et argumentis historicis, grammaticis, praecipue vero psychologicis clavem secreta reserantem mysterii Siculorum in voce: „Sichem” / שֵׁׁם / latere. Veritatem huius affirmationis argumentis sequentibus fulcimus.

1/Vox: Sichem, non secus ac „székely”=Siculus ad denominandum populum, nationem, familiam, porro nominandos locos et personas usurpabatur. 2/Sichemita in Palestina una cum Judaeis vivebant, nec longe aberant a Phoenicis in antiquo tempore historiae. Ut colonias deducens populus et mercaturam exercens autem in antiqua Trinacria scl. hodierna Sicilia iam ante Carthaginem conditam sedem collocabat, cum Hebrei anno ante Christum natum 1434^o occupavissent Palestinam, sic Sichemita iam tunc loco suo commodo a victoribus extrudebantur, vicissim Carthago testibus rerum scriptoribus circa annum a.Chr.n. 850-m condita est, hoc momento temporis vero Sichemitas iam Graeci coloni incepissent sua patria eveltere. Haec insula, quondam Trinacia nominata, a novis colonis Sikenia, Sikania, Sikelia, Sicilia appellabatur nomen novum obtinens a colonis suis, qui a Latinis Siculi nominati sunt. Cives hos pacificos saeculo VIII^oa.Chr.n. bellicosi Dori aggrediebantur; post longa et cruenta certamina Siceli, Sicani =Siculi patria sua extrudebantur, et per Adriam et Italiam terra marique versus Aquilonem peregre abire incipiebant. Sic apparebant in Pannonia h.e. partibus occidentalibus patriae nostrae .4/Vis alia Sichemitarum mercantes

Széleskörűen alkalmazott névformálásnak az a leggyakoribb, amelyben a szóhoz a magyar eredetű névformát követően, minden esetben ezen kívül a magyar nyelvben használt névformát is felhasználva, az eredeti névformát is előfordulhat. Ez a szokás a magyar nyelvben is gyakori, de nem mindenhol előfordul. A magyar nyelvben a névformák többsége a magyar nyelvben használt névformával megegyezik, de van néhány, amelyeket a magyar nyelvben nem használnak, vagy csak ritkán használnak. Ilyenek például a német "Karl" és a francia "Charles". A magyar nyelvben ezeket a névformákat általában nem használják, hanem a magyar "Károly" névformával megegyező névformákat használják.

Haec legitima transfiguratio liquidarum in iisdem vocabulis cernitur et in his exemplis analogicis: Barbier=Hungarice:borbél; Border=bordély; Karabiner=karabély; Quartier=kvártély; komor=komoly; Zingarus=cigány, cingár; esztergár=esztergály; Gerardus=Gellért; Gregorius=Gergely etc.

Elisabet=Erzsébet; Anton=Antal; komor=komoly. Reitschule=rajcsur.

ac navales mari Aegaeo fortunam periclitabantur victum variis bonis tolerando. Sic progrediebantur longius per has regiones versus Aquilonem et viis litoralibus Pontus Euxini pervenerunt ad fines orientales patriae nostrae i.e. in Transsilvaniam huc quoque idem nomen secum portantes, quam in Trinacriam. 5/ Permutationes phoneticae nominis „Sichem” accuratissime congruunt regulis phoneticis; Vocalis e in a mutans evidenter enuntiat effectum Doricum, quo tonus dominans est a pro e. Mutatio sonantis i et e, iterum transformatione vocalium reciproca i et u in iisdem vocibus vulgaris usus est in vita linguarum. Sic dicitur Hungarice „szikes” et „székes” i.e. humus nitrosa. Permutatio vocalis i aperte cernitur in hoc nomine proprio trifariam resonato: Kuchar, Küchar, Kichar. Consonantes m et n vocabula terminantes saepe permuntantur; huius rei exemplum est casus accusativus linguae Latinae et Graecae alter m altera n usurpante pro suffixo. Evangelium Graece resonat Evangelion et omne adiectivum radicis o in idiomate Latino littera m. Graeco autem n terminatur. Permutatio reciproca consonantium m et l in eodem vocabulo iterum saepe aspicitur; casus analogi e.g. vox Hebraea: zakan / צָקָן / = barba; etymon idem eadem significatione appareat in Lingua Hungarica: „szakál”. Haec vox comparet et cum consonante ly in substantivo: „csáklya”, hoc dicitur et „csákány” cum ny. Hae figurae grammaticae in eandem vocem nectuntur verbo, idea, quoniam utraeque ad formam barbae incurvatum instrumentum significant. Similiter videntur litterae mutari in voce „shemen” / שְׁמֵן /, qui est panis pinguis- Hunnica: „zsemlye” vel „zsemje”; Germanica: Semmel. Evidens ergo ad normam regularum harum analogiarum et mutatio nominis eiusdem: Sichem, Séchem, Szikel, Sékel, Sékely, Sékej, Székely in transformationibus secundum regulas phoneticas. Et sic Mogur=Mogul; Neusiedel=Nezsider; fel=fen; hol=hun; otthon=otthol etc Porro substantivum : zakan=barba = szakál in lingua Hungarica non solum substantivum sed etiam nomen familiae et geographicum usitatur in formis: Szakál, Zakál. Ergo grammaticae minime videtur inusitata, rara, coacta et affectata esse interpretatione et enodatio in cohaesione vocum: Sichem et ultima forma Székely, quae in nomine proprio Elasii Székely, artis musicae magistri saeculi XVI-i adhuc clarus monstrat similitudinem originalem, quae aliquando scriebatur Szikel, quemadmodum Sichem et Sikem sonuit. Haec forma hodie quoque custoditur in familia nostra nobili dicta Szécsan et Széchényi, porro in nominibus oppidorum: Szécsény et Szécsénykut. Quemadmodum formae vocis: Séchem congruens forma est nomen proprium : Székely, ita speciei: Sichem convenit nomen familiare: Czikély. Ceterum nomini: Sichem non opporuit longum et curvatum iter facere per Siciliam, ut formam Hungaram adipisceretur; neque voci:

Mogul erat necesse longe et diu peregrinari, ut in formam: Mogul perveniret, quoniam haec renovatio vel exornatio in natura linguae latescit, ut voces scriptae vel pronuntiatae ad certas normas mutantur. Itaque brevis perlustratio etymologica nominis: Székely est haec: 1/ Huius vocis prima et authentica descriptio in libro Genesis reperitur, ubi in hac forma apparet: Sechem, Sichem / שְׁכֵם /. Constat Palestina ab Israelitis occupata urbem: Sechem in distributione principi Efraim obvenisse incolatum et a Levitis inhabitantem sortem, quia illi non lucrabantur secundum cognationem separatam hereditatem. De Efraimitis autem scriptum est eos non potuisse pronuntiare sonum sh, sed pro eo hanc litteram velut sonum s=sz dixisse, cum ore blaeso balbutivissent. Huic defectui tribuendus est casus, quod una vice viri de Galaad quadraginta duo milia Efraimitarum occidebant, quoniam tesseram: Shibolet=arista tritici sic exprimebant: szibolet, et ex hoc signo cognoscebant eos ad factionem adversariam pertinere. Quocirca inter eos et nomen: Shechem in Szechem transformatum est. 2/ Alter consonans vocis Sechem scl, kaf, chaf in sermone ut k vel ch resonat. A Graecis igitur dicebatur et scribebatur: k, cum hi carerent littera: c, visissim a Latinis scribebatur: c, cum his deesset: k. Sic apparuit posterius vox: Shekem in forma: Szechem, Széchem. 3/ Tertia littera consonans in fine vocabuli in varietate liquidarum: m, n, l, r, secundum enim regulas phoneticas consonantes liquidae alternatim veniunt in conspectum apud easdem voices. E.gr. vox Hungarica „otthon” in singulis dialectis dicitur populariter: „otthol”. Sic apparet forma originalis vocabuli: Shechem, Shekem” variantibus locis et temporibus: Szikem, Székem, Széchem, Széchen, Szichel, Székhel, ex qua forma ultima etymologia gentis propria seu vulgaris iam facillime explicare potuit Hungarice „Szék-hely”, vocem significantem: loca judiciaria, ubi judicia exercebantur. Deinde sonitu linguae Hungaricae: cs=tsch temporibus mediae Latinitatis littera: ch scripto, vox originalis: Széchem, Széchen accepit formam quoque: Szécsen. At hoc substantivum iam in primordiis ad signandas personas, familias, urbes, gentes et valles usurpabatur, similiter hodie quoque. Ergo cunctae circumstantiae adiuvantem valebant ad formandam vocem: „Székely” de Shechem eo vel potius, cum Graeci et Romani, in quorum circulum attrahendi deferebantur Sichemitae, non exprimerent sonum: sh, sic non ad typum linguae susurrantem sed sibilum adnumerarentur. Liquida vocem terminans quadrifariam permutebatur: Szikem, Sziken, Szikel, Szikar. Haec posterior forma in evangelio occurrit pro urbe atava: Sichem appellata. Haec est summa simplicium rerum, quae iam in se satis idonea videtur ad firmandam ex-

Jud. 12.
6.an.4.

At hoc substantivum iam in primordiis ad signandas personas, familias, urbes, gentes et valles usurpabatur, similiter hodie quoque. Ergo cunctae circumstantiae adiuvantem valebant ad formandam vocem: „Székely” de Shechem eo vel potius, cum Graeci et Romani, in quorum circulum attrahendi deferebantur Sichemitae, non exprimerent sonum: sh, sic non ad typum linguae susurrantem sed sibilum adnumerarentur. Liquida vocem terminans quadrifariam permutebatur: Szikem, Sziken, Szikel, Szikar. Haec posterior forma in evangelio occurrit pro urbe atava: Sichem appellata. Haec est summa simplicium rerum, quae iam in se satis idonea videtur ad firmandam ex-

Joan. 4.an.3.

plicationem nominis „székely”=Siculi, ut rata, solida et authentica agnoscatur et teneatur. Attamen adsunt praeter haec pura pragmata et aliae causae atque res huic perceptioni suffragantes et ad aëra spiritus pertinentes, quae minime illustrantur ceteris theorematibus hucusque existentibus perinde ac ipsius vocis etymologia. Capita sequentia sint testimonia explorata capitum primi.

Caput alterum .

DE ANTIQUITATIBUS GENEALOGICIS .

Ante tribunal mentis rigidae plane floccifacitur circumstantia, ex quo fragmento humanitatis oriatur individuum, cum de eius sententia hoc sit magni momenti et gravissimum, in quibus bonis spiritus et materiae dominetur ipse. Nihilominus est aliquid honoris et observantiae in illo conamine, quatenus homo pius recutusque originem familiae gentisque suae quam longius reducere velit in praeterita tempora et a remotissimis aboriginibus derivare ortum suum. At conditio huius conaminis generosi est honor parentum diuturnus secundum legem divinam factus, cum sine hanc reverentia placida cultus mortuorum certe ac necessarie vitiatus mancusque erit. In hoc respectu exemplar praeclarum exhibet nobis dynastia Japonica, cuius mikado suam genealogiam caesarream usque ad bis mille aescenos annos reportat documentis scl. ad deum Solis. Similibus tabulationibus genealogicis incipiunt et evangelia nostra, ubi S. Matthaeus usque ad Abraham refert generis seriem Salvatoris mundi, qui de stirpe Abrahae oriundus erat. Hoc autem momentum temporis a nobis interstitio ca. quattuor milium annorum abest. Nos vero negligentia magna oneramus in relationibus genealogicis, cum documenta nostra periissent, quo circa documina litteraria avorum non raro parentum apportare in impedimentis invincibilibus offenditur. Huius rei causa est, quod non erudiebamur in scribendo diario Verbi, nec scripta nostra genealogica collocabantur in liturgiam cultus divini, quemadmodum apud Japonicos et Judaeos, quo circa a christianis documenta scripta invicem saepenumero annihiabantur inter iurgia continua et bella. Evangelia enim et scripta novi Testamenti exemplo bono praecedunt et in hac regione recensentia arborem genealogicam Salvatoris, ecclesia vero docet super has stirpes generis bis millenarias Matth. 1. an. 13. ipsam Providentiam divinam singulariter vigilavisse. Libri autem veteris Testamenti, si fari sic licet, exclusive indices sunt gentium perspersae tamquam sale mandatis, ut hae descriptiones genea-

logicae in castitate primaeva custodiantur. Eo magis insolens est annotatio altera, quae traditionibus antiquitatis contradicere videtur docens: „Post Jerusalem deletam Hebraei non habent amplius annotationes genealogicas. Ad quid esset genealogia populi Dei, qui missionem suam adimpleverat, et qui in generationem spiritualem transformandus erat.”

Luc.3.
an.24.

Verum certumque est ex hac doctrina apud populos christianos diminuisse animum et voluntatem lustrationis imagines priscas majorum; sedatam esse cultum avorum, et hoc modo pretia immensa familiaria et gentilicia pessumiisse. Cultus enim affinitatis non est impedimentum vitae spiritualis, e contrario consanguinitas pars est organica illius; immo ipsa negligentia in colenda cognatione protulit discriminem dirum spiritualitatis in nostro saeculo. ^{Con} Sequentia enim cultus neglecti parentum et consanguinitatis facta est, quod a lege naturali ex biologia generis succrescens postponitur et anihilatur ipsa religio, in qua negligebatur cultus et liturgia gentilitatis a lege divina praescripta. Ast vitia temporis praeteriti iam irreparabilia sunt, dies missa revocari nescit, igitur solummodo formatio vitae futurae est in potestate nostra, si scl. res gentilitatis convenienter mandatis Dei tractabuntur dehinc. Mens et ratio legum harum est, ne in servandis ordinibus genealogicis obliviscamur nativitatis a Patre coelesti factae, ceterum via doctrinae biologicae facillime incidimus in theoriam originis a simia vel aliis animalibus factae. Qui sint vero huiusmodi perceptionis eventus, aptissime demonstratur operibus communismi et atheismi.

Gentes humanitate politissimae necnon et incultae originem suam unisono a summa entitate scl. a Deo Patre percensebant; et huius finis ultimi modo adiumenta et testimonia sunt singulares tabeliae laureatae, quoniam hoc iusto scopo obscurato istae descriptiones stemmmatum tantummodo levamina erunt sodalitatum seorsum habitantium mollia. In hac ratione principatum tenent opera summo artificio facta poesis phobaeae et litteraturae Graecorum et Latinorum. Populus autem antiqui Testamenti atque prophetae eius ar-

Oze.1, denti studio praedicant gentem Dei, Israelem de ipso Deo appellatulo. -2.16 ram esse, Deum a filiis atavum nominaturum esse, breviter Judaeos Joan.1. filios Dei=Ish /יש/ futuros esse. Dominus autem noster, Jesus Christus potestatem dedit nobis hominibus, ut filii Dei fieremus. Ex his docet s. ecclesia modo infallibili primam Christianorum denominationem „filii Dei” fuisse, atque mansuram in aeternum, si scl. a Deo nascamur, non vero a pecunia, a simia vel satana, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ergo non solum mixtura sanguinis secundum naturam, sed etiam suprnaturaliter, modo

Rom.8. an.21.

spirituali a Deo sumemus essentiam nostram i.e. renascamur studendo et intensive exercendo legem divinam.

Haec nativitas a Deo orta et certificatio huius partus ideo est gravissimi momenti in vita religiosa, quia ex doctrina Salvatoris notum est hominem non solum a Deo nasci posse spiritualiter, sed secundum mentem et a bestia, immo a satana oriri posse. Ideo Filius Hominis execrans scribas, hypocritas et legis peritos Hebraeorum, hac voce allocutus est pharisaeos cuiusvis aetatis: „Serpentes genimina viperarum!” Huius vocis interpretatio ecclesiastica est sequens: „Vos! genus anguinum et serpentis antiqui, satanae! Satanas est mendax et homicida ab initio et omne mendacium et caedes ab eo oritur. Mendaces, hypocritae et homicidae, quales erant pharisaei, aptissime nominantur generatio eius.” Idem animal primitus intererat in precipitatione gentis humanae, et machinatur necem homini usque ad diem iudicii, ut discipulos, fideles i.e. creaturas spirituales acquirat sibi, quando in stagnum ignis et sulphuris mitetur una cum nativitate suis spiritualibus perfecto redemptionis opere. Ideo nominatur a Jesu adversarius i.e. satanas pater mendacii, cum eius substantia sit se in locum Dei extollere, et creaturas ab oboedientia erga Deum debita abstrahere et sibi captare. Hoc mendacium est eius substantia et manet in aeternum. Ecce! potest esse pater noster Deus aut satanas; hanc potestatem diligendi voluntati liberae concesserat nobis Creator, Dominus noster Omnipotens. Exinde est stimulus naturalis in homine, ut lustratis tabellis genealogicis Deum demonstraret patrem suum; sane demonstratio nativitatis nostra secundum corpus modo illius rei est testificatio, quod certe Deus est Creator et Dominus noster. At hoc documentum in se non sufficit ad salutem, cum et factis demonstrandum sit nosmet ipsos et in anima a Patre et Filio et Spiritu Sancto natos esse i.e. de facto ex voluntate nostra quoque ad imaginem et similitudinem excultos esse sequenter in omnirelatione ad Eum pertinere. Sed donec Homo hanc doctrinam a Christo non cognoverat scilicet institutionem renascentiae, tamdiu modo descriptionibus generis quaesivit coniunctiones cum Deo, Patre. Et hac doctrina Salvatoris salutari determinatur et theoria biologica, quia homo inseparabilis est, indissolubilis et indivisibilis secundum corpus in genera diversa, seu aliter fando, in humanitate non datur varia genera secundum corpus, sed dantur secundum spiritum et animam. Ergo non licet, nec decet loqui de genere Germano, Slovaco, Aethiopico etc. eo vel magis loquendum est de genere mendacium, homicidarum, latronum, libidinosorum etc. genere peccantium multiformium et sanctorum, quoniam iuxta consuetudinem vivendi mutatur homo in animalia huiusmodi generis. Genus humanum

Matth.
23,33,

"an. 34.

Apoc. 20.

est unicum et non divisum in genera velut mundus animantium et plantarum. De his scribitur enim in Spiritu Sancto: „Germinet terra herbam virentem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. "Et iterum: „Creavitque Deus Cete grandia et omnem animam viventem atque motabilem .. et omne volatile secundum genus suum. "De homine vero dicitur: „Et ait /Deus/: Faciamus Hominem ad imaginem et similitudinem nostram. "Non vero dicitur: Luxta genus ssum, ergo non dantur genera secundum corpus in humanitate.

Gen. 1.
11,21.
"26.

Itaque sensus naturae in homine-ut ita dicamus-genealogicus proprie investigatio est Dei et hoc desiderium, ut atavum nostrum Deum=Ish demonstremus. Huius voluntatis autem documenta sunt tabellae genealogicae. Stimulus est hoc desiderium mentis et cordis a Deo nostro corpori humano inscriptus, praeterea in foliis sacrae Scripturae litteris mandatus. Passim leguntur in his huiusmodi enuntiationes: Quaerite Dominum, dum Eum invenire potestis; scrutamini placabilia ante faciem Eius; operamini, dum tempus uestrum adest, venit enim hora, quando iam nemo potest laborare ulterius. Prophetae autem ardore praestantes imaginibus pulchermissimis ḫpingunt hunc Ish, velut filios suos diligentem P̄trem, quasi maritum amantissimum et metuentem populo suo, qui fornicationem arbitratur omnem mentem et spiritualem relationem, quae cum alio domino, alio avo nectatur et non cum Eo. Propterea in primum locum Decalogi scribebat praeceptum: Ego sum Dominus tuus et Deus; Dominus i.e. maritus dilectus, a quo oritur et nominatur omnis paternitas in coelis et in terra sensu corporali et mentali. Adulterium est autem non solum idolatria fera et rudis, sed etiam eius forma subtilior et elegantior, quae non refert in numerum deorum animalia et sculptilia, at eo magis servit libidinibus: desideriis corporis et oculorum et superbiae vitae. Idcirco puniuntur huius avi, huius Ish, huius Dei filii et populi, quotiescumque declinent a suo amore, ut reducantur in beatitudinem dierum pristinorum; si vero definite desciscerent a fidelissimo amatore, tunc extinguit populum obstinatum ex libro vitae, quemadmodum diluvio devastaverat humanitatem primam, deinde vero patria profugum fecit et dissipavit ipsam dilectam gentem, denique effusione ignis devastabitur multitudo Christianorum in plenitudinem peccati submersorum. Hic ergo Deus noster, sic dictus Ish, Os, Es sine ulla conditione adhaeret suo foederi matrimoniali cum homine icto, et omnibus consiliis, rationibus, immo ipso opere grandioso Redemptionis exclusive hoc foedus cupit custodire in forma inviolabili et sancta. Haec est summa antiqui-

tatis genealogiae.

In hac perfe^tione scruntantibus problema Sichem-Székely i.e. Hunnosiculorum, admodum consolatoria facta occurunt versus gentem exiguam Hungariae, quae aptissima sunt ad aperiendam ianuam novae evolutionis spiritualis ante faciem Domini, qui praeclarissimis privilegiis decoravit hanc mediocrem gentem Hunnorum. Resultatum lingüisticum primo capite demonstratum comparando indiciis in libro Genesis repertis et ad Sichemitas spectantibus res grandissimae inveniuntur. De hoc nomine enim prima nuncia apportantur in hoc versiculo: „Et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam, pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convallum illustrem.” Sequens est hoc nuncium: „Postquam reversus est /scl. Abram/ a caede Chodorlahomor et regum.. At vero Melchisedech rex Salem, proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Altissimi, benedixit ei, et ait: Benedictus Abram Deo Excelso.. Et dedit ei decimas ex omnibus.” Urbs autem Salem ab ecclesia Jerusalem interpretatur; Abram dedit decimas sacerdoti magno. Mox sic continuatur haec praeclara historia sacra: „Et Jacob venit in Socoth, ubi aedificata domo et fixis tentoriis, appellavit nomen locis illius Socoth i.e. tabernacula. Transivitque in Salem urbem Sichimorum, quae est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syriae: et habitavit iuxta oppidum. Emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, a filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.” Porro: „Jacob vero convocata omni domo sua, ait: Abicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac mutate vestimenta vestra.. Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, et inaures quae erant in auribus eorum: at ille infudit eas subter terebinthum, quae est post urbem Sichem.” Cum filius Jacob, Joseph, a patre ad inquirendos fratres missus esset, hi gregem patris in Sichem pascebant. Cum vero Joseph eo pervenisset, iam non inveniebat fratres maiores natu in Sichem, quia recesserunt de loco isto et in Dothan pascebant gregem. Perrexit ergo Joseph post fratres suos et invenit eos in Dothan, ubi et venditus est a fratribus Ismaelitis viginti argenteis.

28. In Aegypto qualicunque fortuna bona frueretur patriarcha semicanus reverti desiderabat in terram Sichem, ubi parentes eius somnum aeternum dormitabant et praecepit filio suo Josepho, ut reportaret corpus mortuum suum ex Aegypto et sepeliret in monumento avorum, ut cum his dormiat. Et hoc mandatum a Josepho fideliter perficiebatur, et pompa maxima portavit cineres patris mortui in terram Chanaan et sepultum est corpus in spelunca duplice, quam Abram em-

rat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethaeo

Gen.50.contra faciem Mambre." Et quemadmodum ad patres suos redire optabat
13. e terra remota Jacob, eadem consilia coepit et Joseph, ut posteri ei-

us secum portarent eum e loco gloriae suae, ex Aegypto ossa sua in

"50,24, monumentum patriarcharum. Si Dominus visitaverit posteritatem suam
et redire iusserit eos Deus. Et hoc desiderium quoque eventum nac-

tus est, velut describitur in libris annalibus rerum gestarum: „Tu-

lit quoque Moyses ossa Joseph secum: eo quod adiurasset filios Isra-
Eund.13. el, dicens: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum." Et
19.

porro: „Ossa quoque Joseph, quae tulerant filii Israel de Aegypto,

Jos.24. sepelierunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob a filiis He-
32. mor patris Sichem, centum novellis ovibus, et fuit in possessionem

filiorum Joseph."

Quid susurrant nunc papiri isti flavescentes? Fabulantur se-
quentia: 1/Jam ante Abraham clarum erat nomen Sichem. 2/Jerusalem

urbs erat Sichemitarum, ergo ab atavis Hunnosiculorum condita est.

Melkisdek sacerdos erat Sichemitarum, et ut sacerdos Altissimi in
mundo Paganorum servus erat cultus divini veri. 4/In terra Siche-

mitarum peregrinabatur Abraham; ibi erat scenites, incola tabernacu-

Exod.32. lorum Jacob; familia altera stirpis Esau ab Ada, femina Sichemitica
2.

oriebatur; in terra Sichem dormitabant somnum sempiternum patriarchae
et liberi eorum; ibidem movebantur cunae infantis Jesu! 5/Sichem,

Sechem posterius, cum Palestina ab Israelitis occupata esset duce

Josue, principia Ephraim obtigit sorte scilicet regiones, quae a
Jericho inter septentriones et occasum solis usque ad Gazer et ma-

re magnum extenduntur. „Et non interfecerunt filii Ephraim Chananae-

Josue 16. um, qui habitabat in Gazer: habitavitque Chananaeus in medio Ephraim
lo.

usque in diem hanc tributarius." Populus frequens et robustus prin-
cipis Ephraim et fratraris eius Manasses iubente Josue in montes ab-

iit, ut silvas densas collucaret sibi ad incolendum aptas una cum
"17,18. Sichemitis, qui ferreos currus habebant et fortissimi erant. Hic

incipit ergo secundum traditiones scriptas labor runcatorius Si-
chemitarum, quam naturam et voluntatem propensam in montes et in

Transsilvania custodiebant et exercent hodie quoque. Et cum Josue
jubente Deo ius asyli firmavisset et urbes refugii assignavisset,

"20,7. inter sex urbes designatas secundo loco commemoratur Sichem in
monte Ephraim, quo velut ad sacrum configerat peccator asylum. Com-

memorabilis est annatio spectans robur Chananaeorum h.e. Sichemi-
tarum haec: "Jebusaeum autem habitatorem Jerusalem non potuerunt
filii Juda delere: habitavitque Jebusaeus cum filiis Juda in Jeru-

"15,63. salem usque in praesentem diem." Hic versiculus repugnare videtur

illi communicationi scriptae a Moyse, Jerusalem urbem Sichemitarum fuisse. Cum tamen avus Sichemitarum fuisset Het, et fratre eius Jebusaeus atavus Jebusaeorum, sequenter ambae gentes fraternalis ligamentis copulabantur et proxime iuxta invicem habitabant. Certum est indelem Sichemitam Jerusalem in posterioribus fabulis pallescere, quae res ex hoc versiculo elucescit: „Et venit-gener-contra Jebus, quae altero nomine vocatur Jerusalem, "Et ex alio loco apparet Jerusalem modo a rege David perfecte occupatam esse, cum arx Sion et in illo 2. Regum tempore sub ditione Jebusaeorum fuisse. Multitudo ergo Sichemitarum versus Trinacriam peregrinabatur, qui pro servitute potius novam patriam quaerere peregre abierunt, dum demum Deo providente propedium post tempus bis mille annorum vagationis populus ad peregrinitatem redactus pro arvis natalibus montes patrios inventi in Transsilvania.^{hic}

Notanda est et sors posterior Sichem, ut immolemus in pietate loco illi, ad quem tot hilares et tristes recordationes nectuntur populi utriusque electionis. Temporibus David adhuc locus conveniendi erat ducun, principum, mox saeculo 1^oa. Chr. n. centrum factum est Sichem Samaritanorum, qui tunc sibi et templum aedificabant in monte Garizim. A Joanne Hircano 1^o hoc templum una cum oppido devastabatur a. 129^oa. Chr. n.; Tempore Christi verisimiliter Mabortha vel Mamortha erat nomen eius. Flavius Vespasianus, imperator Romanus reconcinnavit eam et Flavia Neapolis nomen donavit eae. Exinde nomen hodiernum: Nabulus. Sichem vetus multo longius iacebat versus orientem, quam Nabulus hodierna prope puteum Jacobi. Ad Sichem alligatur colloquium immortale Salvatoris, cum muliere Samaritana de aqua vitae satum. Omissa apparentia singulari etiam ab apostolis mirata Salvatorem cum femina locutum esse atque revalatione divina, huic mulierculae ~~ex~~ gente despecta data, et fidem Samaritanorum praemio remuneraturus rogantibus illis dies duos remansisse inter eos: ex aspetto studii nostri gravioris momenti est ea res, quod evangelista annotaverat nomen huius urbis Samaritanorum, quae tunc Sikar vocabatur. Secundum interpretationes Sikar seu cemeterium erat nomen huius diversorii ideo, quoniam ossa Josephi Aegyptiaci ibi condebantur; prius Sichem appellabatur. Samaritani ex illis populis conformabantur, qui a regibus Assyriis post a. 722^oa. Chr. n. e regionibus orientalibus regni quasi coloni mittebantur in locum deportatorum Judaeorum. Ab his religio Hebraeorum confundebatur cultu Paganorum, propterea odiosi erant Judaeis. Hodie tantummodo in oppido Nabulus reperiuntur ca. 130 eorum.

Fidei historicae gratia Samariam in origine mere coloniam Cha-

Judic.
19.10.

2. Regum
5,7.

Joan. 4.
an. 3.

Gradus. Alibi vero leguntur sequentia: „Sicāni, vel Sicāni populi Hispaniae, qui duce Siculo, expulsis Aboriginibus Italiam tenuerunt, Hi postea ab ipsis, quos antea pepulerant, pulsi Siciliam occupaverunt, quam a suo nomine Syciniam appellarunt." Horum et Vergilius et Silius mentionem fecit in carminibus.

Pecz:Lex. Ant. Commemorantur et Sequani populi Galliae Comatae inter Garumnam et Sequanam fluvios; praetclariores ⁿurbes eorum erat: Vesontio=Besançon; Epamantodurum=Mandeure; Segobodium=Seveux; Luxovium=Luxeuil.

A regibus suis ducti valde corroborati sunt et socios se Germanis adiunixerunt. Idem factum est nobiscum saecula belli Apocalyptici Hunnosiculis certantibus una cum Germanis. Ceterum Sequani scribuntur Graece: Σηκουαροι.

nanaeam fuisse notandum est non secus ac Sidonem vel ceteras urbes Palestinae, propterea nominabatur haec regio principaliter Chanaan a filio Cham. Similiter Samaria a filio Chanaan, denominato Shomér שָׁמֵר /דְּשָׁמֵר /duxit originem et nomen suum, quod initio Shomrón sonuit. Non aliter condidit primogenitus filius Chanaan, Sidon urbem: Sidon, Arad oppidum: Arad et ceteri patres gentium urbes alias. Hic Shomér est ergo atavus Sumirorum, sicut cum hoc nomine copulatur et nomen proprium Semer, quod variatur in his nominibus gentiliciis Hungarorum: Szemere, Szemerády, Samarjay, Szomorod, Szomor, Csemernye, Csomor Csömör; filiola autem Shomron est Sopron, emporium comitatus eiusdem nominis. Si igitur Samaritani a historiis coloni peregrini dicuntur esse, hac enuntiatione coloni Asiatici a regibus Assyriis e regionibus orientalibus ducti modo supplementum numero Chananaeorum fuisse affirmantur; hos tamen longa assvetudine Hethaeis assimiles factos esse sequentia nationalia et religiosa demonstrant. Scriptorum annalium est porro exquirere et monstrare facta et monumenta, quae in spatio bis mille annorum inveniantur inter vitam Siculorum in Palestina ortam et in Hungaria continuatam. Sic e.g. occurrit nobis in hoc temporis spatio dux quidam militiae Romanae de nomine: Sicanus, a quo Acragas obsidebatur. Existit porro in Iberia diviti Hispaniae fluvius, nominatu^s: Sicanus, qui idem est ac Sequana, quae hodie scribitur: Seine. In societate nobilium Romanorum locum summum obtinebat gens Sicinia, quae plures consules, tribunos plebis, rhetores, heroes, duces et alios praestantes viros genuit Italiae. Sicinius Bellutus erat, qui in montem sacrum eduxit pouum a.a.Chr.n.493°, et princeps erat tribunorum plebis. -Sicinus, Gaece: Sikinos est pars insularum Cycladum una cum oppido similiter nominato; nomen eius et hodie: Sikinos. In hoc nomine quoque vocem originalem: Sichem contineri minime est in ambiguo. -In declivitate Himálaja regione inter orientem et meridiem spectanti iacet provincia inter Nepal et Butan sic dicta: Sikkim. una cum incolis ad familiam populorum Mongolorum pertinentibus. Quomodo pervenerat huc hoc nomen? Iterum una obscuritas historiae, tamen non est impossibile stirpem unam Sichemitarum temporibus demigrationis ex antiqua patria, Mesopotamia, in Palestina consedisse, alteram vero gentem versus regiones orientales direxisse cursum, donec inter nationes Indiae sub radicibus montis Himálaja acquireret sibi novam patriam. Singularis apprentia est, quod haec mysticitas antiquitatis excitavit virum Sikanum i.e. de gente „Székely“ Hungarorum, nominatim Alexandrum Csoma de Körös ad iter longinquum faciendum in Asiam, specialiter in has regiones Indiae, et investigationibus suis scientificis nomen praeclarum acqui-

Pecz:
Lex.A.

reret sibi gentisque suae. Minime excluditur, quod in ipso regno Sikkim dispositurae investigationes studiosae lucem novam radibunt in adumbratam rem Hunnosiculorum. - Secundum scripturas Chronicarum Aquincum olim Sicambria nominabatur, quae annuntiatio ideo est grandi momenti in suppositione familiaritatis Sichem-Székely, cum Sicambria significet artem Siculorum, Sikanorum composita ex membris Sicham et bria; Sicam idem est ac Sichem, bria autem a radice Graeca briaō significante arcem, castellum: ergo Sicambria=arx Sicanorum. Secundum traditionem enim haec arx a divisione certa militiae Romanae nempe legione Sicambrorum condita est. Non est vili momenti, quod in antiquo Testamento una apparent Samaria et Sichem, sic nostris temporibus iterum coniunctim aspiciuntur: Sicambria et Sabaria in denominandis locis.

In puncto antiquitatis tamen non haec additamenta historiae valent auctoritate maxima, sed tabellae genealogicae ad Siculos pertinentes, quoniam his authentice testatur origo Siculorum a Hethaeo ducta, ergo Sikanos Hethaeos esse i.e. eos progeniem Hethaei esse. Nomen autem originale: Het genuit grammaticas voces: Chetita, Chita, Scytha, de qua re late fuseque loquuntur historici. Heth vero alter filius erat Chanaan, filii Cham. Hoc indubitate constituitur ex his antiquissimis narrationibus Sichemitas et Siculos quoque Hethitas fuisse, et originem suam hac virga usque ad Noe reduxisse, quo modo et Hunni i.e. Hungari ramo patris Nimrod eodem reducunt originem suam. Haec est sola differentia inter utrasque stirpes, quod Nimrod filius erat Chus, filii Cham et sic frater erat patruelis Heth, filii Chamaan. Si autem artus genealogici usque ad Noe referuntur, hoc modo etiam ad atavum Deum, ad Ish, ad Œshperuentum est, qui ex plaga mortifera diluvii recreavit genus humanum, ut priore magis amabilem populum educaret sibi.

Ezech. 16.3. A vatibus divinitus inspiratis comperimus, quales partes egerint filii Cham et progenies eius in electione et redemtione, quia inter alia et haec leguntur in scriptura sacra: „Haec dicit Dominus Deus Jerusalem: Radix tua et generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhaeus, et mater tua Cethaea.” Haec verba referri possunt ad ipsam fundationem urbis et hoc opus teste Moyse explanata Chethitis i.e. Scythis, specialiter Sichemitis tribuitur. Josue iam Jebusaeos invenit in Jerusalem, sed et hi Chananaei, quoniam Jebus, Cheth, Sidon, Amorrhaeus et Samaraeus fratres germani erant. Interpretatio ecclesiastica hanc enuntiationem ad situm moralem urbis refert, et hoc sensu versiculos significat populum Jerusalem, gentem electam secundum corpus ab Abraham quidem oriri, sed secundum mores ab his genti-

Gen. 33. 18.

Ezech. 16.an.2. bus Paganis i.e. Chananaeis, Sichemitis originem duxisse, qui ex mandatis Torae a Judaeis contaminati putabantur. Ceterum de Sidonishae descriptio morum legitur in libris sacris: „Euntes igitur quinque viri / scl. exploratores missi/venerunt Lais: videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum et quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum et procul a Sidone atque a cunctis hominibus separatum.. Surgi-
Iudic. 18. te ascendamus ad eos: vidimus enim terram valde opulentam et uberem:
7-11. .. Intrabimus ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis Dnūs locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quae gignuntur in terra." Haec descriptio tantummodo viris religiosis et politissimis nationibus convenit; quod vero idolatriam attinet, nihil virtus illis potest a Judaeis. Laus artificii Sidoniorum iam in carminibus Homeri reperitur in descriptione vasis argentei, quod victori donabatur a Graecis in ludis athleticis ad honorem Patrocli institutis. Sidonii sic commemorantur a poeta inlyto, velut artifici inquisitissimi in orbe terrarum. in scalpendo et sculpendo. De eorum artificio fabulantur praeciali illi sacophagi, toremata inviolata artis Phidiacae, qui in Constantinopoli hodie quoque gemmae sunt pretiosissimae portici-Osinili!

Ad originem Jerusalem spectans explanatio eiusque parabolica ratio minime tangit vel debilitat robur et veritatem sensus verbalis. Comperimus porro ex hac communicatione scripti nomen Hethi aliter et Ceti sonuisse ideo multo dignanda honore, quia hoc nomen hodie quoque custoditur in nomine gentilicio Hunnosiculorum: Bencédi h.e. Ben-Ceti i.e. filius Ceti. Analogiae: Ben-czur, Ben-hur; in quibus hur significat: spelunca, czur vero est saxum, rupes. Ergo voces hae originaliter incolas speluncarum et rupium significabant. Certum est porro filios Ceti cum filiis Israel contactu familiari vixisse et licet matrimonium legibus Moysis vetretur cum Chananaeis et temporibus vetitorum rigorosissimorum nuptiis iungebantur invicem.

Caput tertium .

DE SANCTISSIMO NOMINE DEI: "ISTEN"

Huius nominis interpretationem linguisticam roganti a.D.1932-º mense Februario redactio libelli menstrui „Magyar Nyelvőr” inscripti sequenter respondit: „Vocis Isten /=Deus/ vulgariter acceptata explanatio non existit. Maxime verisimilis est explicatio D. Munkácsi /Incunabula Aria et Kaukasia/. Auctore Munkácsi haec vox est originis Iranicae, dialectus Persicae novae: Yesdan! In hac causa Dr. Arnoldus Pataky, professor universitatis de Budapest a.D.1943-º datis litteris haec scripsit: „Idioma linguae Hungarorum nulla affinitate refertur ad linguas Semiticās, ergo vocem „Székely” a voce Sechem, aut nomen „Isten” a nomine: Is-ten / tan?/ derivare impossibile est. ”Cum haec res haud sit definite disposita, consequenter quaestio aperta sit linguisticāe, animum lectorum meorum ad sequentia desidero advertere.

Adversus opinionem Dr. Pataky, quasi haec verba e lingua Hebraea derivare non esset possibile, saltem hoc factum velim demonstrare, quod huius vocis „Isten” speciem tantummodo auxilio linguae sacrae possumus accurate definire, cum ad eam similis clara resolutio nusquam alibi inveniatur. Proprie scl. non de derivatione verborum agitur in grammatica comparanti, cum nec una vox quidem sermonis oriatur ab altera forma loquendi, quoniam cunctae linguae fundamentales unius communis thesauri grammatici sunt iusti heredes omnes. Ideo nemo grammaticorum suscipit onus linguae constituendae originalis, cum haec regio scientiae ex ipsa poena clauderetur a Domino, linguam hominum perturbanti, quod conamen praeterea propter penuriam documentorum plane impossibile est. Confundebatur igitur lingua hominum i.e. forma colloquendi, sed non sunt creatae linguae novae. Haec confusio linguarum intermittebatur aliquot spatium temporis a Patre in prima Pentecoste, quando apostoli Spiritu Sancto inebriati colloquebantur ex omni natione confluxam multitudinem hominum, Act. 2. et turba mente confundebatur, quandoquidem quisque eorum sua lingua exaudivit perorare eos. Hoc miraculum sive ita interpretatur, quod apostoli variis linguis locuti sunt, sive ita explicatur, quod una eadem lingua, qua apostoli praedicaverant ad auditores vigore linguae suae afficiebat auditores: hoc pragma sine dubio argumentum est illius rei, quod linguae universae hodie quoque modo partes sunt in statu confusionis repartae linguae unicae. Hoc miraculum simul si-

6.

gnum et cautio est ilius spei, quod statu innocentiae infœunte a Spiritu Sancto iterum illustrabuntur mentes hominum, quo circa mens humana nacta puritatem pristinam terminabit varietatem dialectorum sive in forma sive vigore significanti.

Cum tamen opera Domini cuncta evidenter maxima elegantia et legitimitate decorentur, etsi non appareant statim in forma deprehensa, ergo pensum rationale grammaticorum in hac cofusione linguarum est et in hac relativa perturbatione legitimitatem sapientiae Dei demonstrare. In hoc labore autem scientiae permittitur quamlibet dialectum adhibere comparationis causa, ut hac methodo iter mentis investigaretur; haec est enim cardo rei scl. significatio verborum, forma autem eorum modo operculum est externum mentis significantis. Ecce, exemplar praeclarum: Isten, Yesdan.

Primo aspectu statuitur modo voces utrasque ex duplicibus syllabis compositas esse et utrasque maximum viventium significare. Intinsecus tamen vulgo ignoratur definitio accurata et etymologica vocabuli. At comparantibus vocem: "Isten" cum thesauro linguae Hebraeae, inopinato lumine circumfunditur hoc idioma arcanum quotidie sescenties in labris orantibus veniens, etymologia tamen omnino carentis. Membrum primum huius nominis proprii est: Ish, alterum vero: ten. /Hebr: וָשׁ/. Utrumque nomen substantivum esse constituitur ex dictionario linguae Hebraeae antiqui Testamenti, ubi Ish significat: vir, maritus, populus, /Hung: férfi, férj, nép./; ut pronomen significat: aliquis/Hung: valaki, mindenki/; invenitur et in lingua Latina hoc etymon quasi pronomen personale: is, ea, id/Hung: ö/ et ut pronomen demonstrativum: iste = az, amaz. Emo negat hanc formam phoneticam et in lingua Hungarica adesse non solum in usu ^{quotidiano} substantivi sed etiam pronominis et coniunctionis. Ut substantivum: Isha quale est voci Hungaricae: Ós=atavus, teste oratione funebri/Halotti beszéd/, ubi scribitur et sonat: isemüki h.e. avum nostrum, quod esset in hodier- na dialectu: Is-ünket, Ósünket. Hoc nomen cernitur praeterea quasi suffixum in his compositis nominibus gentiliciis: Gyur-is, Bod-is, Bon-is, Popov-icsi. i.e. filius Gyur, Bod, Bon, Popov; Hungarice: Györgyfi, Bodfi, Bonfi, Papfi. Vice coniunctionis resonat Hungarice: is, és, s i.e. Latine: et. Ergo consonantia membra primi, quod ad ingenium vocis pertinet, in lingua Hungarica et Hebraea extra disputationem posita est.

Altera syllaba vocabuli: Isten est: ten. Significatio huius vocis ex dictionario Hebraeo similiter certe constituitur, licet non adeo conspicue, quam primae. Idiomatis Hebrei est substantivum: DIN=iudicium, ius, iustitia, poena. Altera vox est similis formae et significa-

cationis:DAN=iudex,Hung.biró.Hoc substantivum in nomine DANI-EL vulgo usurpatur et apud Hungaros significanti:Deus est iudex,ubi alter artus vocis est EL notans speciem:Deus.Ex compositione substantivorum DAN et DIN resultat vox separata:DANDIN significans-litem alicuius egit.Ergo evidens est simili forma ratificandi compositam esse vocem ex membris Is et DIN:ISDIN monstrantem:vir iudicans,iudex,vel IS est iudex.Eadem ratione componitur nomen sanctissimum iudicis mundi et sic:ISDAN,quae figura grammatica eandem vim declarantem habet in se secundum principium componentium.Itaque rationaliter auguratur conjectura,quod dialectus vetera Hungarorum e binis formis:ISDAN et ISDIN hanc posteriorem usitare coepit,quae deinde annis labentibus per variationem ISTIN demum in forma:ISTEN consolidabatur. Huius opinionis indubitatum argumentum est versio sacrae Scripturae in illo loco,ubi iudices,dei Hungarice „istenek” scribuntur.Versiculus est iste:„Si latet fur,dominus domus applicabitur ad deos”,Hungarice:...a ház ura vitessék az istenekhez.”Ibidem annotatur iudices deos appellatos esse.

Exod.22
8. an.3.
Luce clarius est ergo,quia voce Hungara:ISTEN=DEUS munus iudiciale Dei Omnipotentis et Filii Eius dilectissimi ponitur prae oculis nostris,qui praeterea in revelationibus munere regio,magistrali et sacerdotali fungitur,cum in evolutione fidei Dominus Deus ut iudex,rex,magister et sacerdos venit in conspectum fidelium.Si igitur dignitates has viva voce expressuri simus,tunc secundum analogiam substantivi ISTEN et haec compositiones producantur sermone antiqui Testamenti:IS-RAB,IS-MELEK,IS-KOHEN vel Hungaricis radibus:IS-TEN,IS-TAN,IS-KIR,IS-PAP.

Ad firmandam hanc explicationem appellamus et p̄rgma,quatenus apud gentes mediterraneas substantivum DIN parva mutatione tamen eodem sensu ubique invenitur in nomine Altissimi.Forma eius e.gr. est Gortynia:TEN,TÁN,DÉN,DÁNZÉN,ZÁN;in Etruria dicitur Deus:TINA,TÉNA,TINIA.Denominationes hae in variis dialectis ad appellandum Dominum Deum Graecorum,Zeum usurpabatur.Et quod singulare est,formae frequentes horum vocabulorum et in lingua nostra vernacula Hungara passim inveniuntur.E.gr.tonante cpe lo dicitur Hungarice:ZENG az ég=resonat coelum.Quod est Hungarice:ZEN-gés,idem est Germanice:DON-ner,Latine:TON-itrus,quod est una cum fulgere signum majestatis Jovis TON-antis,dum in substantivo:TON apud Germanos suscepit vox significationem propriam soni canori.Sic factum est DIN per legitimas mutationes phoneticas in spiritu Germanorum:TON,vicissim in anima Hungarorum:ZEN-g,ZÖN-ge=sonans,cum haec per speciem plane peregrinae consonantes unam et eandem ideam notent.Vox Hunnica:SZÉN=car-

bo, pruna ubique inveniebatur inter holocausta, ubi equi, boves, vituli offerebantur et victimae comburebantur prunis ardentibus. Ergo victima in carbonem carentem conversa=SZÉN offerebatur Deo, iudici divino, sic dicto: ZÉN. Holocaustum autem pro varietate temporum et locorum etiam in sensu: DEUS putatbatur; quemadmodum et nos Christiani in sacrificio altaris praesentiam personalem credimus et confitemur Salvatoris, Domini nostri Jesu Christi. Sic aspexerunt Judaei vitulum Deum, respective simulacrum auratum vituli i.e. TINÓ notans Hungarice vitulum, qui in Etruria a fidelibus Deo: TINA nominato offerebatur. Ceterum vocabulum: DINA et in Genesi legitur ut nomen personale, cuius altera forma dialectica est: DINO iuxtim iudicium significans. Ergo nomen Dei in Etruria usitatum: TINO apud nos Hunnos ad notandum vitulum occupatur et hodie i.e. holocaustum temporibus antiquis Deo oblatum. Sic adoratur carbo candens, pruna=SZÉN ab ignicolis et hodie. Ceterum in lingua Hunnica vox: SZÉN=carbo non solum vice substantivi communis, sed etiam ut nomen gentilicium in usum adhibetur testificando hanc vocem magni aestimatam fuisse in illis saeculis, quando carbo ponderosum signum erat cultus divini.

Pie consideratus carbo produxit in superficiem sermonis specimen grammaticum apud Hungaros: IZ, IZZ=candor carbonis, quasi nives pruinosa et velut signum potestatis omnia conficientis et urentis ignis. Hoc sensu adhibetur in hac execrandi formula: "Az IZ pusztisson el!"=Exedat te IZ, i.e. ignis infernal! "Et in hac personificatione hoc nomen proprium opponitur potestati divinae procreanti ad supplementum perditarum creaturarum semper et sine intermissione novas creaturas in mundum. At labores utrique Patris continuo comitante igni carenti perficiuntur. Enuntiatio lepidissima est huius naturalis et supernaturalis apparentiae hoc verbum antiqui Testamento: Dominus de Sinai venit ..et cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex. "Iuxta interpretationem ecclesiasticam lex nova et antiqua lex ignea dicitur, ambae propter amorem sub specie ignis datae. Alibi vero explicatio ecclesiastica ait: "Sic dicitur Deus lignis, Salvator autem fax ardens, lampas accensus. S. Paulus autem scripsit: "Etenim Deus noster ignis consumens est."/ Hebr. 12.29. / Haec relatione aptissime illustratur modo scribendi Hebraeo signanti nomen Domini cum litterula jod / י /, e contra haec imago grammatica sine isto charactere scripta ignem significat נ /, porro holocaustum, fulgur Jovis, fulmen et fervorem animi ardantis. Evidens est ergo cohaerentia mentalis inter voces: IS / י / et IZZ, idiomatis Hebraei et Hungarici, voce IS exprimente flamمام flagrantem amoris

^{an. 5.}
^{"4. 24. 36.}
Izai. 62.
Cant. c. 8.
an. 13.

mariti diligentissimi, vocabulo vero IZZ significante favillam candentem ultioris adulterium vindicantis. Foedus totum antiqui Testamenti est descriptio historica huius affectus duplicitis, nihilominus eadem est mens et novi Testamenti, quoniam et Filius Dei ignem venit mitter super terram et vult, ut flammea quam vehementissime excitentur, cum solum favilla ardens amoris inimici possit compescere pru-nam misanthropiae omnia devorantem. Sic cohaerent inter se hae species mentis iuxta revelationem, vestigia autem eorum fideliter persequuntur tabellae viarum: verba.

At non solum saeculorum praeteritorum sunt signa haec verba, quia et nostris temporibus eodem vigore valent illa in sermone populorum. Ecce, VODAN, princeps Deorum mythologiae Germanorum apud Svecos est: O-DHINN; apud Saxones: VO-DAN; apud Britannos: WO-DEN; apud Batavos: WUO-TAN; Apud Slovacos: BOG-DAN. In his nominibus propriis syllaba prima: VO, WO, WUO, O, BOG, BOH certe non solum significationis unius, sed etiam eiusdem idiomatis est signum, cum litterae V et B saepissime commutentur in iisdem vocabulis e.g. Vintę-Bence; Valga, Balga, Vajna, Bajna etc., syllaba vero altera: DHIN, DAN, TAN evidenter forma est identifica substantivi linguae Hebraeae: DIN, DAN legibus phoneticis conveniens.

Osee, 2.
16.

Ceterum nomina propria: IS et BOG iam in se exprimunt essentiam Altissimi, et singulariter exprimet vox: IS in actu ultimo evolutio-nis religiosae ideam sanctissimam Creatoris, quemadmodum haec res dilucide describitur a vate: "Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me, Vir meus: et non vocabit me ultra, Baali." Secundum interpre-tationem autem hoc verbum: "Vir meus" dicitur: IS, cui contraponitur Baal scl, ille deus, quem sive ex materia, sive ex cupiditatibus cordis for-met sibi homo et genus humanum. Si igitur hodie afferatur vocabulum "bezbozsnyik", hac re modo id significetur, quod populus quidam aver-satus est Deum: BOG, IS, et in locum eius posuit sibi idolum: Baal, i.e. simulacra sua in propria perceptione et forma. Attamen hanc situatio-nem mentalem modo ad id spatium temporis duraturam esse, dum surget BOG, IS: huius persuasionis testimonium est sonorum mos loquendi gentium, qui necessarium arbitrabatur ad nomen sanctissimum Domini ap-licare et substantivum: DAN, DIN, i.e. vocem symbolicam potestatis vindicantis recordationis causa, quia aliquando sed certissime defi-nita ratio reddenda est ante faciem Dei: BOG, IS, Yez, cuiusvis stil-lae sanguinis, cuiuslibet assis et cuiuscunque vocis desidis.

Singulare est ex aspectu studii nostri et gentem Sikulam super idem fundamentum aedificasse denominationem Altissimi, formando vo-cabulum: ESTAN, quae vox aequalis et par est formulae Hungaricae: IS-

TEN, cum vocis Hebraeae IS-DIN variatio est et simulacrum in sermone Hungaro:IS-TEN, sic in dialectu Sicula radicis Hebraeici:IS-DAN paradigma transformatum est:ES-TAN. Huius vocis syllaba prima:IS eadem regula tenus mutabatur in:ES, quam coniunctio:IS=Latine:et, in sermone Sikano mutata est in:es, quæ vulgo sic usitatur hodie quoque apud gentem sanctam Christi. Eadem mutatio phonetica appetat in coniunctione Latina:si, quæ apud Italianos hac forma vestitur: se.

Haec vox substantiva :ES reperitur in nomine gentilitio:BEN-ES ubi BEN=filius, ES=IS=DEUS, ergo Benes significat:filius Dei.

Ecce ergo nomen substantivum:DIN in nomine Altissimi, iudicis mundi ita coruscat in mentalitate populorum, velut fulgur inter nubila coeli.

Itaque simili modo licet nobis coniungere nomen populi:SZÉKELY cum nomine proprio:SÉKEM, quin derivare faciamus illa e lingua Hebraea, cum textus scripturarum antiqui Testamenti, quibus hoc nomen per millennia authentice custodiretur nobis, evidenter scribat populum Sikanorum non fuisse Hebraeum, sed Chananaeum. Scientia nunquam respicit cuius nationis monumenta habeant vigorem fontium, sed pari reverentia afficit scripta Indorum, Arabum vel Japonicorum. Si igitur ubivis locorum suspicentur litterae et monumenta, quam libentissime peregrinamur eo loci, praecipue tunc, si alibi non inveniantur indicia curae nostrae data.

Ex his dicendum est etiam nemini religiosorum licere quamvis positionem simpliciter denegare, quin refutet illam vel aliquid melius ponat in locum eius, quia pura et incauta negatio non est spiritus Domini nostri Jesu Christi, neque Domini IS. Ad curandos ceteros pusillanimos, adversatores et obtrectatores sincere confitemur nostras explicationes grammaticas non esse hallucinationes halophantarum, neque "similitudines falsas", velut hoc rr.dd.arbitri mei opinantur, quoniam grammatica pragmatica ignorat modulamina mendoza, sed tantummodo voces cognoscit eiusdem formae, eiusdem sonoris eiusdem significationis, necnon similitudines in hac triplici regione. Ex linguisticis enodationibus excluditur fallacia falsiloqua legibus divinis phoneticae inscriptis, quibus quaeviis linguarum iam a primis incunabulis libentissime indulget.

Caput quartum .

DE REGE SALEM .

Miranda et in universa litteratura mundi singularis persona est Sichemitarum Melchisedech, qui in aspectu antiquitatis genealogiae ideo est gravissimi momenti, quod ad Sikanos pertinet, quia ille est quā ad IS, ad ŌS, ad ISEN, ad DEUM in proximam propinquitatem duciturante omnes gentes progenies Hunnosiculorum. Prioribus capitibus demonstratum est, quomodo ferat Sichem Sikanos mare genealogico retro remigans in origine secundum corpus usque ad patrem Noe, qui quasi Adam alter ante Creatorem ponit cunas Sichem-Siculorum dicens: Pater! Ecce liberi tui Sikani! Melchisedech alia regione apparet pater atavus huius gentis, quae regio multo praestat praerogativis origini corporali. Ad illustrandam personam ac partes Mechisedech breviter absolvenda sunt pauca ab ecclesia ad totum orbem terrarum et sic ad totum genus humanum relata.

Caput 14.-tum Genesis anguste commemorat congressum et relationem amborum virorum; alter fuit Abraham repraesentans mores Hebraeorum, alter erat Melkisedech Sikanus, qui a Moyse sacerdos Altissimi introducitur lectoribus. Deinde exigua annotatio ad versiculum Exodi scripta recordatur de nomine huius sacerdotis magni comparando eum cum sacerdote Madianitarum Jetro, aliter et Raguel nominato socero Moysis. His enim verbis de Jetro scriptis: „Erant autem sacerdoti Madian septem filiae”, haec annotatio annexitur ab ecclesia: „Sacerdos Madianitarum, qui sacerdos erat Altissimi, sicut Melkisedech, Job et patriarchae..” Post has duplices communicationes sequitur longum plurium centenniorum silentium, De Melchisedech nihil invenitur in scripturis sacris, acsi sine ullo vestigio interiisset sacerdos Altissimi, dum psalmicen in visionibus suis vaticinans de Salvatore, de Filio patienti et glorificato Dei, appareat ante oculos eius statura nobilis et gloriosa reverendissimi sacerdotis Sikanorum, de quo sic cantet psaltes inspiratus a Spiritu Sancto: „Iuravit Dominus et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.” Annotantur hic sequentia: „Tu/scl. Filius Dei/ non solum rex es in regno meo, sed etiam sacerdos magnus in aeternum; non sicut Aaron^a, quo animalia mactabantur et exclusive sacerdos erat, sed sicut Melchisedech, qui pa-

Psalm.
109.4.

"an.14,15.nem et vinum obtulit et in una persona rex et sacerdos erat."

Deinde iterum silentium sequebatur plurimum saeculorum; iterum evanescit persona nobilis sacerdotis Altissimi, dum apostolus gentium ad scribendum se confert et in similibus visionibus depingat prae-

teritum et futurum munus sacerdotis Sikanorum dicens divino Spiri-
tu inflatus: „Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi,
qui obviavit Abrahae regresso a caede regum, et benedixit ei: cui
et decimas omnium divisit Abraham: primum quidem qui interpretatur
rex iustitiae: deinde autem et rex Salem, quod est rex pacis, sine
patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem
vitae habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpe-
tuum. Intuimini autem quantus sit hic, cui et decimas dedit de praecipuis
Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis: quamquam et ipsi exierint de lumbis Abra-
hae. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit
ab Abraham, et hunc qui habebat re-promissiones benedixit. Sine ulla
autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. Et hic
quidem, decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur
quia vivit. Et ut ita dictum sit per Abraham, et Levi, qui decimas
acepit, decimatus est: adhuc enim in lumbis patris erat, quando ob-
viavit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium leviti-
cum erat / populus enim sub ipso legem accepit /, quid adhuc necessa-
rium fuit, secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem,
et non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, ne-
cessere est ut et legis translatio fiat. In quo enim haec dicuntur,
de alia tribu est, de qua nullus altari praesto fuit. Manifestum
est enim quod ex Iuda ortus est Dominus noster: in qua tribu nihil
de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius manifestum est, si
secundum similitudinem Melchisedech exurgat aliis sacerdos, qui non
secundum legem mandati carnis factus est, sed secundum virtutem
vitae insolubilis. Contestatur enim: quoniam tu es sacerdos in aeter-
num, secundum ordinem Melchisedech ... Lex enim homines constituit

Hebr. 7.
1-286 sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi, qui
post legem est, Filium in aeternum perfectum. "Et quidem cum esset
Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, oboedientiam: et consum-
matus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeter-
nae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech."

"5.8-10.

Hae sunt propria verba S. Pauli apostoli magni Paganorum, quibus extollitur persona maiestetica sacerdotis Altissimi ex umbris so-
litudinis et tali lumine glorificatur iste vir Sichemita, quali ne-
mo apostolorum exornabatur excepto Joanne Baptista, de quo ipse Sal-
vator sic locutus est ad suos discipulos: „Amen dico vobis, non sur-
rexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista.. Hic est enim de
quoscriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui

Matth.11.praeparabit viam tuam ante te." Cum tamen apostolus noster Christo-11. stum sanctum, innocentem, a peccatoribus separatum et coelibus superiorem sacerdotem summum introduxisset fidelibus suis, tunc huius omnem humanam conceptionem superantis dogmatis exemplar laudabile sacerdotem Melchisedech prophit certe non sine instinctu divino, a quo et psalmicen in supernaturalem regionem abreptus esset in contemplationibus prototypi Messiae.

Ex gravi amplitudine huius substrati et ecclesia alma explicationes uberiores nectit ad textum epistolae apostolicae citatum, quibus adhuc magis illustrentur loci propter obscuritatem mysticam paululum difficulter intelligibiles. Ex ipsa etymologia huius nominis procedit extraordinaria indoles illius personae, cum artus nominis sint: melek i.e. rex, cedek aequale: iustitia; salem significans pax, quo circa recte interpretatur pontifex maximus noster partim rex iustitiae, partim rex pacis." Causa autem huius percontationis, quomodo possit Dominus noster Jesus Christus nominari sacerdos secundum ordinem Melchisedech, est sequens: quia iste sacerdos Paganorum, Melchisedech, in historia Abrahae commemoratus et circumstantiis suis et tota persona sua imagine fidelissima praefigurat Jesum, sacerdotem magnum. Quemadmodum totum antiquum Testamentum parigma est protoplasta novi foederis, et apparatu illius institutiones religionis novae depinguntur: ita et sancti homines veteris Testamenti secundum circumstantias vitae suae exemplaria erant Jesu Christi atque personae suae, sequenter persona sanctissima Filii Dei mox hoc mox alio modo quam sensuali descriptione comparuerat in illis. Sic apparet e.g. in Moyse Jesus, quam legislator et mediator, in David velut rex vicit, in Melchisedech ut pontifex maximus." Ab ecclesia nostra et cusa explanatur, cur taceant fabulae Moysis de Melcisedech, et quid significet existentia aeterna sine patre et sine matre facta. "Exinde est haec res, quia sacerdotium, quo Melchisedech a Ptre vestitus erat, neque priores neque posteri eius portabant, quo circa ille d e p o n t i f i c a t u sine patre et liberis erat, propterea et in narrationibus velut singularis producitur!" De Melchisedech scribit apostolus eum similem factum esse Filio Dei scl. iuxta ingenia personalia et circumstantias vitae, quae a Deo ita disponerentur, ut prototypus aptus fieret Filii Dei. Quoniam enim D.n. Jesus Christus velut homines benedicens et salvum faciens pontifex, quasi rex imperii virtutis et iustitiae, quam auctor pacis et ipse Filius Dei erat apparitus: Dominus Deus in Jerusalem principem quemdam Chananaeum nominatim Melchisedech ordinavit pontificem maximum, ut in nomine

Hebr.7.
an.1.

"an,6,

eius, in munere regio neque ante neque post eum reperta dignitate
Hebr.7. exemplar fieret rei in Christo multo perfectiore modo perficien-
an.7. dae."Ipse quidem Melchisedech solum in vita breviore humana erat
pontifex maximus, cum autem in sacerdotio Christi sacerdotium Mel-
chisedech modo sublimiore redderetur, et Christi sacerdotium sit
"an.8. aeternum, sic Melchisedech in Christo est sacerdos sempiternus."

Hac autem ratione Melchisedech antecessit et superavit sacer-
dotium antiqui Testamenti Hebraeum non solum tempore sed etiam
dignitate, quae res ex eo appareat, quod "sacerdotes ex gente Levi
orti iuxta legem ius habebant decimas sumere a consanguineis suis, e contra Melchisedech praerogativa incomparabili
decoratus est, ut decimas sumeret ab Abraham, et eum benedictum be-
nederet, tametsi non pertinuit ad gentem Abrahae. Quam magnus op-
portuit ergo esse Melchisedech, quandoquidem ille quasi peregrinus
an.10. decimas sumere a dilecto viro Dei et eum benedicere potuit!"Prop-
terea reputatus est Melchisedech et ab Abraham tam excellens per-
sona, ut decimas daret ei ex omnibus praecipuis. His constitutis
profitetur et ecclesia sancta: „Abraham et ab eo orta gens Levi
minor est et infirmior, quam Melchisedech, quod ad munus benedi-
cendi sacerdotale pertinet. Ergo pontificatus Melchisedech supe-
rior et sublimior est, quam Levitarum et ideo, quoniam sacerdotium
an.11. Leviticum a hominibus portabatur, at sacerdotium Melchisedech ab
Aeterno." Mysterium huius ordinationis appareat et exinde, quod
una cum sacerdotio secundum ordinem Melchisedech etiam transla-
tio legis novae connectitur, quae magis augusta est, quam leges
rituales Moysis, et haec res ita explicatur ab ecclesia sancta:
"Si homines sacerdotio Levitico et legi rituali Moysis, quae eodem
tempore ferebantur, salvi fieri potuissent, cur erat necesse alium
sacerdotium secundum ordinem Melchisedech et una cum illo aliam
legem polliceri et fundare, et non potius Leviticum servare, in quo
Aaron erat pontifex maximus? Mutatio ergo huius sacerdotii, cum quo
translatio legis quoque coniungebatur, cum utrique arctissime co-
haerent, item maiorem dignitatem posterius ordinati sacerdotii
demonstrat... Idem argumentatur ab apostolo ex aliena origine na-
"19.an. turali pontificis novi, ex duratione aeterna sacerdotii eius, ex
huius singulari confirmatione divina, ex aeternitate et sanctita-
te illius."

Ecce brevis demonstratio de Melchisedech et de sacerdotio
eius facta in conceptione ^{verborum} apostoli et ecclesiae. In consideratio-
nibus porro nostris diffusius dicendum est de rebus, ex his expli-
cationibus ecclesiasticis ommissis, cum a substrato elaborando no-
stro hoc supplementum suapte desideretur et a motu stellarum po-

stuletur, et adhuc semper adsint iuxta promissiones revelandae partes singulae institutionis salutaris, demum Salvatore affirmante omnia abscondita et celata revelabuntur et patefient. Quaestio autem illa, quomodo connectatur gens Sichemitarum cum sacerdotio interpretato secundum ordinem Melchisedech, adeo, excelsa, profunda simul extensa est, ut impossibile sit dimensiones eius aliquot sententiis leviter tactas definitas aspicere, quod aeternum sit praecipue tunc, cum ex praceptis ecclesiae singulae partes institutionis salutis

1. Cor. 13.11. modo gradatim una post alteram et non simul in uno tempore evol-
Gal. 3.24. bantur et adhuc semper in statu evolutionis reperiuntur. Hi gradus

Introduc- vulgo revelationis patriarchalis, Mosaiticus et christianus nomina-
tio ad ev- angelia. tur. Unitatem, tamen pedetentim factam evolutionem aspiciens aposto-

lus comparat illam ad res necessarias gradatas aetatis puerorum, adolescentium et virorum. Quemadmodum homo in omni particula aetas suae eadem veritate indiget, tamen modis variis communicata, ita et revelationes in variis saeculis impertiendae erant. "Minime est ergo dubiosum, quin et institutio salutis multa mysteria et abscondita expectet revelanda, quae expectatio et mutatione temporum ac morum postulatur probaturque. Neque id est dubiosum, quin religio christiana in discrimine summo periclitetur ab ecclesia sancta sic circumscripta: Ethnici erant, qui tempore Christi digni facti sunt introire in ecclesiam sanctam, sed tantum exiguus numerus Judaeorum adiungebatur illis. Paulo ante adventum ultimum Christi tempore fi-

Zak, 12.10. nito casus inversus sequetur: ex gentibus christianis modo pauci ma-
Rom. 11. nebunt fideles Christo, contraversum populus universus Israel agno-

scet Jesum Messiam ac Deum, et intrabit domum Domini i.e. ecclesiam. Deinde iudicium horribile veniet in Paganos. Evidenter cernuntur diebus nostris signa, quomodo praeparentur eventus et adventent tempora, quando secundum verba Redemptoris vix scintilla fidei remanebit in terra. Infidelitas et immoralitas adeo penetrabit omnem statum, ut apud plurimos vix restet aliud praeter nomen Christianum, et ubi-

Joel 3. que barbaries horrenda et idolatria mentis et sensualitatis vi-
an.3. deatur."

Providentia autem divina constanter ibi apparebat manu adiuvanti ubi maxima est necessitas, quamobrem certo arguento coniectamus in hoc extremo discrimine rerum quoque Deum populo suo periclitato auxilio venturum esse. Itaque interrogamus, quid remanebat adhuc ex revelationibus divinis, quid relinquebatur ex vita fidei, quod a Patre coelesti immensae bonitatis non esset revelatum per os prophetarum et Filii sui unigeniti? Certissime his adnumerandum est et mysterium cum sacerdotio secundum ordinem Melchisedech cohaerens i.e. om-

nes istae veritates et institutiones, quae a sacerdotio secundum ordinem Melchisedech eodem modo proluunt, quemadmodum Judaeos spectant et ad eos manant omnes gratiae et praerogativae, quae ex origine secundum corpus Christi et ex resultatibus redemptionis progerminant. Huius sacerdotii aetreni et magnifici tantummodo aliquot particulae ostendebantur nobis a Domino et istae modo per summas apices et adumbratis delineamentis visibles, at ad gentem Sichemitarum pertinens lucis jaculatio nusquam reperitur, dum ad Hebraeos tensa gloria refertae sint omnes latebrae mundi.

In hoc scripto capitis huius debili nunc quidem primo solum personam et partes eius deside desideravimus eminentiores facere pallidis lineamnetis illius viri, qui quasi atavus supernaturalis progeniem quattuor millenniorum, gentem Sichemitarum introducit apud IHS secundae personae, i.e. apud unigenitum Filium Patris D.N. Jesum Christum, eos in tam intima unitate spirituali coniungens problem suam secundum corpus, quae superat copulationem Hebraeorum cum Christo factam secundum carnem et sanguinem ortorum. Benedictus sit Dominus Deus Abraham et Melchisedech, qui dignatus est illustrare nobis hanc portiunculam institutionum salutis, ut hac re Sichemitis gloria, Israelitis lumen donetur in nomine patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ecce doctrina brevis in conceptu ecclesiae et apostoli de Melchisedech et eius sacerdotio erudita. De hac disciplina sincere et intensive meditantibus sane ultroque in genua procumbendum est ante amorem immensum Providentiae divinae, quo paulo inferius collocaret hominem angelis, et ad salvandum hominem sacerdotium divinum institueret in hoc mundo, iustificationi perfectae accommodatum. Et procubentes ante thronum coeleste Domini magna voce clamare debemus: "Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro, in saecula saeculorum. Amen."

Caput quintum .

DE ORDINE MELCHISEDECH .

Ex illo momento, quo D.n.Jesus Christus, Magister divinus in coena ultima ss.Eucharistiam condidisset et discipulos suos sacerdotes secundum ordinem Melchisedech consecravisset, omnis magistratus sacerdotalis et sacratio eius in nomine huius pontificis Sichemitarum accidit. Ergo a Patre Beatissimo usque ad capellatum vici ultimi in mundo Christiano sine ulla exceptione quisque sacricolarum secundum ordinem Melchisedech portat hoc Christi sacerdotium. Respicientes mysterium fidei nostrae sanctae, quatenus tota ecclesia corpus Efes.4. Christi mysticum sit i.e.cunctos fideles cum Redemptore, Filio Dei 25.- Col.1. intima copulatione cohaerere,cum Eo unum corpus unicam animam effi- 24. cere,et huius societatis Christum esse caput:tunc nullam insolentem rem affirmamus dicentes sacerdotes cunctos adhuc existentes et post hoc venturos secundum ordinem Melchisedech portantes sacerdotium, pro- prie per hunc virum Sichemitarum et in eius persona efficere unum corpus cum Christo Domino nostro.

Verum est quidem sacerdotium internum iuxta doctrinam ecclesiae fidelibus ratam portionem ex fide convenientem esse, si enim filii Dei simus, tunc Christi fratres et socii hereditarii quoque: nihilominus et hoc sacerdotium vi pontificatus Sichemitici manat ad fideles eo vel potius,cum et ad sacerdotium externum ex ordine huius pontificatus oriatur. Haec autem gratiagrandis et misericordia, qua filii Dei a Domino ISH ex suo infinito amore afficerentur, necnon gratiarum emanatio et altero dono divino illustratur, quo consortium nostrum in sancta humanitate Salvatoris ante oculos proponitur. Ad humanitatem etenim sanctam Christi scl.ad Eius ss.corpus et sanguinem solum per Judaeos datur communicatio; iuxta eandem legem ad sanctissimam Eius spiritualitatem, ad Eius sacerdotium immaculatum per Sichemitas est possibilis accessus et appropinquatio, quandoquidem Jesus Christus secundum ordinem pontificis Sichemitarum voluit ius sacerdotii sui exercere. Secus non haberet rationem deductio ex duplice fonte duplicitis majestatis, nempe regalis et sacerdotalis, quoniam habuerunt Judaei quoque pontificatum a Domino conditum et sustentatum, ergo non oportuit Filio Dei sacerdotium a Paganis mutuum sumere, si Pater omnipotens exheredaturus esset Paganos ex illa singulari et praerogativa gratia. Hoc autem ea singulari rigorositate ac concentu arguto factum est a Domino, ut sacerdotium Judaeorum , templum et liturgia tota antiqui Testamenti definite annihilaretur et extingueretur ex vultu

terrae, licet et intactum remansisse potuisse concordanter et amanter
vigens utrumque sacerdotium, nempe secundum Aarón et secundum Melchi-
sede ch eo modo, quo et hodie multifarii pontificatus funguntur in mun-
do, quin ceremoniae alternatim perturbentur. Immo hoc sacerdotium se-
cundum ordinem Aaron nec post generalem conversionem Judaeorum re-
viviscetur a Domino, cum iure iurando affirmaret Dominus sacerdotium
secundum ordinem Melchisedech mansurum esse in aeternum hoc pondere
singulari definitum ac hoc sigillo impressum. Quapropter quam insolens
tam arcana est illa institutio divina, quatenus Salvator mundi iam
non secundum ordinem Aaron i.e. non iuxta ordinem pontificis Judaeo-
rum, sed secundum ordinem Melchisedech i.e. pontificis Paganorum, in
specie Sichemitarum assumpsit sacerdotium suum. Nullam rationem ha-
beret hoc institutum inassuetum, nisi Dominus hac ordinatione quam
maxime arcana certa consilia habuisset et haberet. Haec proposita di-
vina nondum comprobata esse eventu nihil magis testatur, quam illa
circumstantia, quod partes singulares huius pontificatus totaque ima-
go eius adhuc semper umbra densa velantur ante oculos humanos scl.
sacerdotii secundum ordinem Melchisedech, sed testibus locis citatis
tantummodo semen revelatum est huius sacerdotii curae fidelium man-
datum. Quod autem valde mirandum est, dum recentissime canonisatorum
sanctorum repente accipient multi templum, at Melchisedech pater om-
nium sacerdotum nec capellam quidem habet in mundo Christiano dedi-
catam. Quamobrem incrementum huius seminis adhuc semper manet aesta-
tem calidam, quae res tangitur quoque a pontifice nostro dicenti: „Ab
Matth. arbore auten fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit,
24.32. et folia nata, scitis quia prope est aestas.“ Ergo si apparuerit Domi-
nus Jesus, portabit secum Filius Hominis huius doni magni scl, sacerdo-
tii Sichemitici plenitudinem, dimensionem et mentem totam. Cum ergo a
Providentia divina nihil supervacaneum vel irrationale efficiatur,
consequens est causas et rationes supernaturales huius quoque pon-
tificatus Sichemitici adesse, licet paulisper mens nostra infirma non
possit statim collustrare profunditates illius. Praecipue vero de
hoc mysterio Siculorum dicitur hoc verbum: „Videmus nunc per specu-
l. Cor. lum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem, Nunc cognosco ex parte:
13.12. tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.“

Hucusque vero ex circulo duplicitis maiestatis Jesu Christi solum
dogma regis Judaeorum primo loco apponebatur ac cernitur in superfi-
cie sensus et scientiae nostrae, quia scripta antiqui et novi Testa-
menti multum incumbunt in illam partem revelationis, magnam curam na-
vant huic rei, quod et naturale est, cum potestas regia sit campus in
mundum materiae spectans; quod vero corporale, materiale est, id citius

profertur et videtur, quam quod est spirituale, et hoc prius, quam actus animi. Causale et consequens est ergo, si signa et lineamenta substantialia pontificatus, quae emanationes sunt profundissimae animi, tantummodo ad extremum coruscabunt in coelo fidei. Exinde est, quod dogma pontificatus Sichemitici tantum in embrione dormitat subter sensum fidelium. Neque hoc est sine ulla proposito divino, cum ecclesia Eccl^{es} nostra lucide doceat institutum salutis non uno tempore intrare mun-
24.an. dum, sed paulatim et pedetentim succrevisse non secus, ac omnia cetera
8. Joan. 16 instituta divina stabilia et perpetua. Ecce et scientia volatura^e con-
an. 11: an. 20: tentionem virium millenniorum postulabat, dum in statu hodierno fe-
re adipisceretur apicem evolutionis suae. Me hercle! Ab Icaro princi-
pe usque ad tragicum casum ultimi pilotae, quot et quot artificum sub-
ierant gloriosam mortem volatus; quot et quot praecipitabantur ex ae-
re in altum vel terram, ut huic arcano lumen clarum exhibeant! Si tam
grave et spinosum est iter scientiae mentis, non est mirandum, si iux-
ta lucernam nocturnam fidei modo lente possumus procedere.

Hic ingressus evolutionis videtur et in incremento dogmatum, quae remissee maturuerant et publicabantur. Ex hoc sequitur, quod continue inveniuntur et in campo vitae fidei veritates in statu amplificatio-
nis volentes, cuiusmodi sunt e.gr. ruina multitudinis Christianorum in mare peccati, defectio eorum a Christo, et modo parallelo conversio turbae Judaeorum ad Christum; itaque in hunc ordinem pertinet et pro-
blema sacerdotii secundum ordinem Melchisedech i.e. Sichemitarum.

Proprie nec causa Regis Judaeorum est definite effecta, quamquam idea eius iam in antiquo Testamento nata est, in religione Christiana ma-
turescit, a vatibus colore micanti depingitur imago huius visionis phantasticae, ipsi Judaei ferventer orant pro eo in synagogis quoti-
die, ordo laicus Judaeorum maximam vim auri, argenti, laboris et san-
guinis offert pro illo, immo et hodiernum bellum commune propter uni-
cam hanc ideam geritur: tunc non est mirandum, si doctrina pontifica-
tus Sichemitici adhuc semper in obscuritate mystica latescit et de-
misso agat aetatem suam procul a rebus civilibus in umbra arboris terebinthi, ubi puerascebatur; si hanc pulchritudinem et veritatem di-
vinam libri sacri modo paucis versibus commemorant, ipsi Sichemita^e vero nihil sciant eo minus faciant pro illa, immo ipsa gens Siche-
mitica evanuerit ex oculis posteriorum. At illa mysticitas in histo-
ria et ingenio Hunnosiculorum a P. Fasching S.J. suspicata et certe ex inflatu Spiritus Sancti iam a.D. 1725^o praedicata non est vana phantasia commenta, sed verum et profundum mysterium fidei, cuius in-
crementum et explicationem, simul gravitatem et usum aetas Apo-
lyptica sine ulla conditione secum portabit, quoniam in hoc spacio

terminato temporis conficientur cunctae praeparationes, decident ab omni arcano velamina et apparebit regnum gloriosum Dei, pro cuius adventu quotidie orat universitas Christicolarum una cum Spiritu Sancto precibus inexpressibilibus et exurget imperium Deitatis secundae Personae Jesu i.e. dominatio veritatis, iustitiae et pacis divinae in sua vivificanti essentia.

Ad demonstrandum obiectum, quae sit meta praefixa Providentiae divinae in lento incremento sacerdotii Sichemitici secundum ordinem Melchisedech, nonnullis allegoriis conamur respondere. Jacobo defodente in terram iuxta arborem terebinthi idola domus suae et amuleta, inaures et armillas, quasi contegisset humo et memoriam Sichem una cum illis. Post aliquot centennaria magna pars Sichemitarum demigravit ex patria sua primaeva, et in fluxu historiae suae versus Trinacriam et Transsilvaniam vagabatur. Iam invadentibus Judaeis debatur auctoritas incolarum indigenarum et domini primiti terrae Chanaan lignatores facti sunt Efraim. Iterum post nunnula saecula in Jerusalem loco Sichemitarum Jebusaei inveniuntur, et David iam cum his certabat et non Sichemitis, aedificatoribus pristinis arcis Sion, ut definite occuparet urbem antiquam Sichemitarum. Dein labentibus binis millenniis plene evanuerat et urbs Sichem Sichemitarum, quae reconstructa a manu benigna iam nomine Neapolis referabatur in tabulas, dum hodie sub titulo Nabulus est nota ante incolas et mundum. Currentibus his saeculis Sichemita inter multos populos versabantur acclinantes se ad mores et consuetudines eorum, sed nomen eorum iam adeo alterabatur a domino, ut progenies Sichemitarum ubique investiget filum antiquitatis amissae, sed nusquam inveniat. Si ad praecepta mentis perpendamus populos quoque in manu Dei esse perinde ac singulos homines, porro omnes creature, ita et nationes, linguas et gentes certa vocatione, electione et cursu directas esse a Creatore: tunc affirmanda est et indoles huius sortis Sichemitae divina non secus ac Judaeorum et cuiusvis nationis. Quoniam porro totus apparatus vitae psychologicae demonstrat super nos, et circa nos et in nobis exacerbatum certamen ferri pro ideis, pro regno coelorum et inferno, pro veritate et nequitia, pro luce et caligine; neque sit dubiosum huius pugnae spiritualis et mentalis atque materialis imperatorem augustissimum D.n. Jesum Christum, cuius ^{esse} imago huiusc generis manu artificiosa depingitur a vate de Patmos insula: tunc nec id est dubiosum, quin exercitus Sichemitarum ideo celeretur hucusque a Duce divino, ut dato momento in proelium ducerentur subsidia cum illis roboribus, quae in hoc populo excolebantur et accumulabantur in cursu temporis.

Similiter nec mercator speculans conicit merces suas in forum sine ulla ratione in emporia accumulatas, sed omnes reponit in horreis et cuniculis, dum adveniente tempore, in quo maxime vendibiles sint merces quaesitae ad luxuriam vel usum pertinentes, et sic optime confiantur ex illis pecuniae. Haec consilia emicant iuxta doctrinam Iesu Christi ex omnibus pragmatibus Domini, ut in tempore opportuno omnia ad gloriam Dei et emolumento hominum serviant.

Ast haec lex psychologica authentice explicatur ab ecclesia nostra ad hunc versum apostoli: „Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo,” sequentiam explanationem asserenti: „Vos in sacramento baptismi et poenitentiae mortui estis peccato et terrestribus rebus, et vestra vita vera abscondita est in Deo, vita invisibilis, quemadmodum et Christus ante oculos mundi occultatam vitam vivit in Deo. Eleganter loquitur S. Augustinus de hac vita arca na: hieme et arbor similis est ligno arido; sed venit aestas et radices viventes emittunt folia, arbor frondesquit et fructus fert dulces. Sic occultatio Christi est hiems nostra, revelatio Eius est aestas nostra... Expecta aestatem et gloria tua revelabitur cum Christo.” Hac demonstratione clariorem et magis authenticam vere non est opus querere ad explicandum mysterium Hunnosiculorum. Ergo sine errore licet dicere ac dicendum est quoque hanc esse cinosuram curriculi vitae Hunnosiculorum, quocirca tempus iam adeat ad proveniendas gemmas mysterii Sichemitici h.e.sacerdotii secundum ordinem Melchisedech, fructus iam maturescit in arbore sua et Mortulanus gentium decerpit fruges et condet in aream suam ad delicias coelestium et beatitudinem terrestrium.

Certum est impossibile esse sine parentes, familia et gente appropinquare ad genus humanum generale, similiter impossibile est sine his unitatibus genealogicis proprius accedere ad divinitatem quoque. Non datur neque extiterat unquam creatura humana sine sua qualunque primitivo sociali, nationali et populari apparatu; impossibile est de qualunque magnitudine vel exiguitate humana loqui sine eius gentilitate; impossibile est e.gr. de Ludovico Kossuth, quin natus gentis Hungarae, de Lönnrot disserere, quin natus gentis Finnae laudaretur. Secundum hanc legem animae impossibile est mentinem facere regni Christi, quin hac re et regnum Judaeorum enuntiaretur, sequenter impossibile est huius Christi pontificatum glorificare, quin pontificatus Sichemitarum exornaretur praecipue tunc, cum ipse apostolus qui huius dogmatis fundamina locaverat, concitata oratione separavisset gentem Judae a gente Melchisedech, gentem Hebraeorum a natione Sichemitarum. Si ergo Jesus Christus, proles et radix David, legitimus heres sit regni David, propterea rex Judaeorum nominetur, quemadmodum haec res in documento cruci affixo a Pilato urbi

orbique pronuntiata est; tunc iuxta hanc regulam, si D.N. Jesus Christus secundum ordinem Melchisedech portet pontificatum suum, Salvator mundi primo primissime sacerdos esse debet Sichemitarum. Et in hoc facto, nullam contradictionem perpresso, in hac doctrina fidei nostrae gravissima ac suhtilissima, in epistola ad Hebraeos scripta maximis laudibus exornata, et Hunnosiculi inveniunt illam sententiam augustissimam, qua ipsi ad avum communem generis humani, ad ISH, ad ÖSH, ad secundam Personam deitatis proxime feruntur, cum quo universa gens Hunnosiculorum una cum atavis Sichemitis in intimam unitatem copulantur, et huius pompa sollemnis dux corporalis et spiritualis est sacerdos Altissimi: Melchisedech.

In Christo et per Christum praerogativa regiae potestatis terrestris Judaeis competit, quemadmodum hoc imperium mundi ex promissionibus foedera facientis et affirmantis Dei prophetae Judaeis tribuant ea ratione, quod Jesus Christus secundum corpus de gente Hebraea ortus sit. Ergo hoc regnum ex meritis Christi Judaeis competit, ut in temporibus Messianis i.e. status innocentiae a peccato absoluti Isaacidae fiant administratores et procuratores bonorum mundi emolumento gentium. Pariter Sichemitae, licet in Trinakria sicuti sint nominati, in Hungaria vero „székely”-i appellantur, velut progenies Sichemitarum et legitimi heredes eorum ex meritis eiusdem Christi per pontificatum Eius lucrantur imperium mundi, ut temporibus Messianis scilicet in statu plenae innocentiae distributores seduli efficiantur thesaurorum spiritualium et animae emolumento Judaeorum et gentium omnium, quemadmodum non raris institutionibus admonentur Magistri divini ex gentilitate assumptae tribus et stirpes fideles Christo subditae.

Judei in conversione communi ardore vulgo cognito suo investigabuntur sacerdotium secundum Aaron; hoc autem frustra querebitur ab illis in Christo, cum Salvator mundi non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech assumpsisset pontificatum suum, sequenter sabbatarii Christiani facti ad hoc sacerdotium cogentur se accommodare. Haec nova relatio religiosa vicissim sine ulla conditione desiderat adventum populi Melchisedech, ut haec gens eadem mensura participet sacerdotium Christi, qua proportione capit partem gens Judaea in regno Christi. Modo sic habet rationem intermissione sacerdotii Iudeorum, si in Christo velut Salvatore mundi universi copulatim apparet regnum Hebraeorum una cum sacerdotio Paganorum h.e. in personali unitate videantur ad harmoniam perfectam et ad candidam concordiam redactae formae utriusque cultus divini. Quoniam autem tribus Sichemitarum populus erat sacerdotis Melchisedech, quorum consanguinea progenies est gens Hunnosiculorum, conversa turba Iudeorum in his reperiens prolem legitimam Sichemitarum, invicto desiderio appetet amicitiam et conversationem cum illis, quae in fabula Sichem et Dinae

praefigurabatur, sed tunc adhuc evanuerat. Sic accedent ad Christum mediantibus Judaeis pro rebus materialibus Paganis, vicissim pro thesauris spiritualibus mediantibus Hunnosiculis Judaei, quemadmodum temporibus primordiorum ad puteum Jacob promiscue ventitabant: Sichemita et Hebraei. Hoc modo, hac ratione adimplebitur lex magna contrariorum in hoc casu quoque: si etenim a Paganis querebatur et inventus est Rex Judaeorum, similiter Sacerdos Paganorum a Judaeis quaeratur et inveniatur, cum venerit tempus consummationis operum. Tamen bene notandum est hic Dominum Jesum Christum non secundum ordinem David, nec Salomonis portare regnum suum Judaeum, quoniam non armis materiae expugnavit Sibi imperium, ut David, sed exclusive armis spiritus et mentis, non odio sed amore, non effusione aliorum sanguinis, sed oblatio sanguine suo. Et hoc modo acquisitum dominatum non ad sensualitatis libidines captandas adhibet, ut Salomon, sed ad instruendam vitam immaculatam et splendore innocentiae coruscantem. Aliis verbis sic exprimitur haec sententia, quod D.n. Jesus Christus et regnum suum secundum ordinem Melchisedech portat, quemadmodum sacerdotium suum, quia hic patriarcha Paganus rex et sacerdos erat in una persona urbis Salem Altissimo serviens in ambabus partibus secundum leges spiritus et animae, non vero ⁿsexualitatis, ambulans spiritu carnem suam crucifigens cum vitiis et concupiscentiis.

O immensas divitias sapientiae et amoris Dei; O! sanctitatem et iustitiam divinam, splendentem in revelato regno Judaeorum et fulgentem in sacerdotio Sichemitarum! In his contemplatur vere ac dilucide doctrina illuminans et labor liberans Redemptoris: ISH, qui salvum facere venerat hominem in hunc mundum et non iudicare, servire venerat et non dominari! Ecce, unus Deus in SS. Trinitate per incarnatum Verbum divinum in partibus regni et sacerdotii amplectitur urytumque genus mortalium scl. benedictum et execratum, iustum et iniquum, Paganum et Judaeum, arjam et anarjam. Haec autem institutio extraordinaria praecipue in dogmate sacerdotii secundum ordinem Melchisedech refulget in suo corusco splendore, cum gens Judaea representet a Noe benedictam partem novae humanitatis, gens vero Sichemitarum velut progenies a Cham orta, repraesentet ab altero Adam, a patre Noe maledictam partem generis humani. Memoria huius execrationis hodie quoque portatur a Hunnosiculis in proverbio: „Imprecatio Turanica”; haec devotio tamen in benedictionem reparatur per sacerdotium secundum ordinem Melchisedech!

Caput sextum .

DE AETATE APCALYPTICA.

Non possumus satis clare ad praecepta mysterium Hunnosiculorum sine scientia et illustratione illarum rerum perpendere, quibus scriptores antiqui et novi Testamenti, immo ipse Salvator noster necesse reputaverat animum fidelium advertere, et quae aetatem ultimam religionis Christianae faciunt. Compendium huius epochae est sequens.

Dilucide ac sole clariss neque perperam interpretabili modo enunciavit nobis Sacerdos Magnus noster secundum ordinem Melchisedech huius aetatis, quae aptissime aetas Visionum nominari possit, initium fore, quando gens contra gentem surget, seu ad normam consuetudinis loquendi nostrae, ubi primum communis revolutio mundi inceperit. Hae binæ expressiones scl. invicem plene teguntur significantes utraeque eandem sententiam, quod genus mortalium instinctu communi et ad extremitates gradato odio velut binæ factiones adversantium sub titulo defatigationis peremptoriae aggredientur invicem ita, ut certe utraeque de medio fiant alternatim annihilantes invicem, cum quaevi spes remissionis vel intelligentiae et rationis evanuerit. Supervacaneum est probare hodie revera gentem in gentem surrexisse, quandoquidem nusquam reperitur statiuncta terrae, cuius incolae non caperentur studio belli vitaliter, quando non solum milites, sed etiam feminae et pueri puberes ad bellum conscribuntur et instruuntur.

Huius aetatis, cuius tragœdia revolutione orbis terrarum introducitur, modo praeludia sunt simultates generales, quae a Salvatore initium dicuntur esse miseriarum et acerbatum, in quibus homines infelicissimi calamitatibus inextricabilibus materiae et morum circumveniuntur. Initio crudelitatum in vita spirituali raptim demittitur fides et caritas, dum finite et ultima scintilla virtutum evanescent e vita morali hominum; hunc statum apostasia in massis facta antecedit. A sancto choro episcoporum iam officiose annotata est haec apparentia a quovis spectatore propriis oculis visa. Vestigia apostasiae persequitur vesana deliratio massarum i.e. illa scena Aetatis Visionum, in qua corrutis exercitibus in cor hominum insertum odium in duellis exultabit, quod vero crudelius est, quam certamen bene ordinatorum agminum. Hoc phasma ita describitur a vate Spiritu Sancto Ezech. inflato, quod gladius uniuscuiusque in fratrem suum dirigitur. Et nemo 38.21. poterit domare maniam necandi, quia furore obcaecati homines multo maiore numero erunt, quam illi, in quibus timor Domini iudicium sobrium incolumem obtinuerat. Hic status conditioque mentalis adeo clare iam per os Moysis revelabatur a Domino, ut mirari debeamus, si duces

Deut. non auscultent haec verba. Enumerans enim benedictiones et dira, qui-
28.28. bus secundum observationem Legis divinae attinguntur homines, inter
cetera scribit legislator antiqui Testamenti: „Percutiat te Dominus
amentia et caecitate ac furore mentis.” Exitus sensibilis huius sanc-
tionis praecipue aetate Apocalyptic eveniet. Huius vesaniae in alte-
ra scena iam effrenate supplodentis eventus erit, quod non fieret sal-
Matth. va omnis caro, nisi breviati fuissent dies illi, sed propter electos
24.22. breviabuntur dies illi, et viribus elementaribus i.e. igni et grandine
ne de coelo missis devastabuntur in vesanias copiosas demersae mas-
sae hominum. Tam grandis erit haec plaga, ut legi fida gens septem men-
Ezech. sibus sepeliet passim iacentia cadavera victimarum infelicium, ut mun-
39.12. det terram fraterno sanguine inquinatam. Hoc iudicio divino habito,
terminabuntur series poenarum in vitiosum hominem emensarum et sta-
tim panditur plenitudo pulchritudinis et roboris aetatis Messianae,
quae simul revelatio tertia nominari possit, quoniam in ea revelabitur
Spiritus Sanctus, quemadmodum in antiquo Testamento Pater coelestis,
in novo foedere Filius Dei manifestatus est.

Haec est imago aetatis Apocalypticae adumbratis lineamentis de-
scripta; illustrationis causa accersantur nonnullae interpretationes
ecclesiae sanctae. „Quemadmodum-inquit exegeta-temporibus Noe modo
per pauci manebant fideles erga Deum et fere omnes submergebantur
fugacibus vanitatibus terrae, ita erit et in fine mundi, quando ab
antichristo prope totum genus humanum seducetur; et quemadmodum tunc
minime animadvertebant accelerans iudicium Dei, neque postea percipi-
cient. Et notandum est Dominum non colloqui de magnis facinoribus,
modo de vita sensuali terrestri. Scelera magna et a homine naturali
abominantur, sed de amore sensum intimum transformanti, de sapientia
divina mentem transcendentem nec pallidam ideam habet. Hic magis mere
naturalia, pūiter humana, velut haec in conditione peccati originalis
cernuntur aestimat magni et boni et in his se iustificatum arbitra-
tur. Haec sola terrestris virtus et sapientia, haec sola vita natura-
lis seducit genus humanum in fine temporum et avertit a Christo, ut
Matth. obcaecatus sanctitate imaginaria, adventum Domini praeproperum non
24.an. suspicatur neque timet eum.” In hoc aspectu nec ipsa religio Chri-
52. stiana est in se satis tutum remedium, ceterum non admoneret eccle-
sia sancta omnes fideles suos verbis sequentibus: „Sumus-ne nosmet
ipsi ingenii pagani? Possumus esse baptizati, tamen possumus relabi
Efez,2. in paganitatem: in oblivionem Dei, in idolatriam creaturarum, in ne-
an.22. quitiam.” Idolatria Paganorum sive in cultu naturae, sive in honore
operum sculptilium posita esset, immo et ferocissima orgia quoque arc-
tissime coniungebantur cultui divino, cum secundum sententiam sacer-
dotum pagani sic opinarentur deos suos rite colere. „Ab his atrocis

Sap. 14. tatus liberati sumus religione Christiana, sed vae Christiano, si
an. 24. ad eas suapte revertatur."

Ergo nec in religione Christiana quidem excluditur veneratio idolorum, quia oratio castigans, quae hic contra vanam superstitionem dicatur, etiam illam subtiliorem idololatriam tangit, quae etiam inter Christicolas tam multas pernicies affert. Non oportet enim lignum, lapidem, animalia et generatim creaturas cultu divino afficere, ut aliquis idololatra nominetur: omnis, qui mente, corde et ex viribus suis adhaereat creaturis mundi atque obliviscatur Dei, verus venerator est deorum commentitiorum; sic avarus, qui in bonis suis, sic libidinosus, qui in objecto libidinis suae habeat deum suum; sic artifex, et "15. an. 14. doctus, qui iuxta artem et scientiam suam immemor est Dei."

Auctor autem catastrophae, in qua tempore Apocalyptic Christicolae a mandatis de diligendo Deo et proximo datis, generatim a legge revelata abstrahentur, est a catenis carcerum inferni liberatus spiritus malignus, ille seductor magnus, qui temporarie resolutus est lapso millennio, ut avertat animum gentis Christi ab unigenito Filio Dei, a Pontifice Maximo Sichemitarum secundum ordinem Melchisedech, et in locum illius adversarius Eius, antichristus adoretur, qui in scripturis et sensu communis hominum diabolus, satanas, Lucifer nominatur, qui a Jesu Christo pater mendacii et homicidii appellatur, quia ab eo oritur omnis nequitia, miseria, exitus et tribulatio inter homines. De hoc spiritu dovet ecclesia sancta: "Substantia et elementum satanae est se in locum Dei extollere, et omnis sensus, conatus et machinatio eius eo tenditur, ut creaturas ab oboedientia Dei abstrahat et sibi subjiciat. Mendacium ergo, quod sibi et aliis susurrat est sequens: Deus non est ille Dominus, cui in omnibus serviendum et oboediendum est. Is est pater mendacii, qui princeps hoc enuntiavit, et iam multos seduxit, nunc quoque multos pellicit, ut hi quoque idem mendacium confiteantur. Hoc mendacium eius ingenium proprium dicitur, Joan. 8. cum hoc ex perversitate voluntatis liberiae eius ortum esset et in an. 46. aeternum eius essentia manebit." Ergo omnes, sint illi extrinsece Iudei, Pagani, Christiani vel Mohammedani, qui in eius spiritu et mente loquantur, scribant vel operentur, filii sunt huius satanae, geniti ad superbiam, de quibus ait iudex viventium et mortuorum: "Serpentes geminae viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae?" Et iterum a Matth. 23, 33. libi interrogat eos Sanctus Israel: "Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?" In hac ratione scribuae, hypocritae aetatis Christi a Domino progenies, partus viperarum nominantur, qui enim opinionem, verba, doctrinam ab altero recipit, genitura eius factus est. Ex his dilucide elucescit vera indoles satanae: "Vos foetura estis serpentis-ait magister verus-anguinis antiqui, a quo et

protoparentes nostri tentabantur, et postea Adam alter, Jesus Christus, hic quidem sine effectu. Satanas est mendax et sicarius a principio,

omne mendacium et homicidium ab illo oritur; mendaces, hypocritae et occisores, quam pharisaei erant, designanter progenies eius nominantur.

Et de hac publice perniciosa et infesta persona praesagivit vates divinus de Patmos insula illam iterum resoluturam esse, qui actus in-

fernalis particulatim describitur ab apostolo gentium his versicu-

lis: „Rogamus autem vos fratres, per adventum Domini nostri Jesu Chri-

sti et nostrae congregationis in ipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque

per epistolam tamquam per nos missam, quia instet dies Domini. Ne quis

vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et re-

velatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et ex-

tollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in tem-

ple Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. Non retinetis, quod cum adhuc

essem apud vos, haec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tan-

tum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur illus iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et de-

structet illustratione adventus sui eum: cuius est adventus secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendaci-

bus, et in omni seductione iniquitatis iis quipereunt: eo quod chari-

tatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui

non crediderunt veritati et consenserunt iniquitati. "Hic nefarius

est antichristus, adversarius Christi, qui in fine temporum velut per-

sona distincta prodibit in scenam vitae iuxta communem perceptionem ac doctrinam ss. patrum.

Persona satanae accuratius definitur ab altero apostolo scribenti:

„Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Jesus est Christus? Hic

est antichristus, qui negat Patrem et Filium! Iterum: "Et omnis spiri-

tus qui solvit Jesum, ex Deo non est; hic est antichristus, de quo au-

"distis quoniam venit, et nunc iam in mundo est." Ergo antichristus

apparuit iam temporibus Christi et exinde operatur in suis prophetis

Apoc. 2. falsis, in synagoga satanae teste Joanne. Descriptio autem s. Pauli sa-

tanam incarnatum adumbrat verbis.

Praeter accersita verba sunt et alia certa lineamenta, ex quibus leviter intelligitur aetas acerbitatum; haec sunt sequentia: 1/consors

fides, consentiens testimonium et professio est omnium prophetarum hoc substratum tractantium, impetum in novissimis diebus facturum in Christianos e regionibus Aquilonis venturum esse. Liberator vicissim

Matth,
23.an,
34.

2.Thes.
1-11.
an.ii.

1.Joan.
2.22.
"4.3.
9.

Jerem. aversurus a genere humano exitium extremum a meridie adveniet. 2/Area
10,22.- huius tragoediae Europa erit multitudine Christicolarum inhabitata.
25,9.
Ezech. Auctores autem primarum duce Gog cuncti incolae imperii Magog, qui
38,16.
Hab. 3,3. sub nomine Tubal et Mosoch a vatibus complectuntur ab interpretibus
gentes Germanorum et Slovacorum reputatae. 3/Ante actum ultimum summa
Rom. 11. Judaeorum convertetur ad Christum, agnoscat Eum Salvatorem Messiam,
Apoc. 6. sed ad id tempus et apostasia Christianorum ad finem perducetur.
15.
4/Eventus functionis antichristi in eo positus est, quod sanctuarium
Dei scl. sancta ecclesia Romana ab inimicis religionis Christianae
"11. i.e. a suis apostatis filiis adhuc semel et ultima vice deculcabi-
an.17. tur. 5/Spiritus malignus per synagogam satanae praecipue mediante
Judaeo lapsus explicit suam vim destruentem in Christicolas concili-
"2,9. ans sibi et ab eo productis et divulgatis doctrinis favorem eorum
scl. Christi cultorum. Hae sub titulis communismi, socialismi, ratia-
tionis libereae, revolutionis mundi, proletariatus, libertatis, aequa-
litatis, fraternitatis et ceteris innumerabilibus falsimoniis atque
vi auri argenteique et armamentorum materiae et spiritus continue
longius procedunt in regionem praedestinatam lubenter portatae a
credulis baptisatis, et sic-quod palam et publice cernitur-Christi-
adae seducti simplicitate hebeti perficiunt verba satanae i.e. spi-
ritus lapsi. 6/Cum autem a clero Christiano in omnibus sectionibus
eius benedicuntur arma, quae a singulis gentibus Christianis tam-
quam fratribus contra se rapiantur, ratificatur ab illis fors in-
Isai. sciis tessera revolutionis et pragma, licet clericis nosse oporteat
65,15.- non solum salutem sed etiam imprecationem a Judaeis venire testi-
Jerem. bus prophetis illorum. Hoc facto naturaliter in suos humeros susci-
29,18.- pit onus sponsionis, quod ab aliquo sine ulla conditione portandum
24,9. est pro lapsu gentis Christianorum ante faciem Dei. 7/Consumtis
Christianis iussu incarnati satanae et universa gens Judaeorum ad
Apoc. 11 Christum conversorum radicitus extinguetur ab illis Christianis,
an.17. quos Judaei lapsi abstraxerant a Christo. 8/Etiam punctum temporis
signatur a Deo, ut fideles in umbra nocturna lumine vago lustrent
singula notantes scripta apostoli dilectissimi: "Hic sapientia est.
Qui habet intellectum, computet numerum bestiae. Numerus enim homi-
"13,18. nis est: et numerus eius sexcenti sexaginta sex." Exegeta quaerit in-
venitque in explicationibus suis nomen illorum ducum, qui praecedebant
certantes contra Christianos; sic evenit hic numerus kabbalisticus ex nomine: Lateinos, Jul. Apostata, Maometis, cuius litterae sin-
gulos numeros quoque significant, quorum summa est: 666. Quoniam autem
secundum doctrinam ecclesiasticam universitas Christianorum quasi vir
unicus percipi potest, et huius numerus exprimitur scl. temporis ul-
timi in triplicato numero: 666 evenit: 1998, complete duo milia anno-

rum, quo numero et spatium vitae eius religionis iustum ac proportionatum signatur. Tot anni obvenerant enim humanitati primae, dum assequeretur illam iudicium Dei in diluvio; tot anni obtingebant et Judaeis in gratia Dei viventibus i.e. secundae humanitati, dum consequeretur et illos poena divina scil. dissipatio inter gentes orbis terrarum; sequenter tot anni obvenient sorte et humanitati tertiae i.e. Christicolis, in quorum curriculo operari potuit ad praemium vel multam. 9/ Denique revelatum est aetatem Apocalypticam non fore longam, non perdiu durantem, quoniam imperium stanae crudele erit quidem, tamen breviter evanescet, quoniam a Domino abbreviabuntur dies illi terroris propter electos. Specifice de dracone incarnato scribitur hic versus: „Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos." Ergo hoc versu tenus recte conjectatur regnum bestiae infernalis annos tres et dimidium duraturum esse. Certum est deinde et eos, qui non susceperint nomen, signum vel numerum bestiae Offici et non adoraverint illum, interfecturos esse a hoc monstro. Ast in iudicio a Christo habito et fera inferni et pseudoprophetae "20.9. eius in stagnum ignis et sulphuris mittentur.

Apoc.
13.5.

Caput septimum.

DE POPULO ELECTO.

Ex hoc adyto caliginoso et sanguinolento plastice prominet facies dignanda sacerdotis Altissimi DD. Melchisedech, cuius figura nivea spiritualis a populo suo, multitudine obumbrata Sichemitarum devotissime circumfunditur. Panem et vinum proferens sacrafacit Domino in templo animarum beatarum, et in pane eius occultatur corpus Dei et in mero calicis eius lene susurrat sanguis generosus Filii Dei. Aspiciens exercitum Sikanum paululum altius ascendit montem Gyergyo procul a turba, et surgit ad dicendum docens auditores suos oratione sequenti: „Videtis, filioli, oculis vestris, quid sumus; vere cinis et pulvis sumus! Ne autem vos demergemini in pulvere et cinere, in sensualitate et materialitate, rogo vos ardentissime, tollite oculos vestros ad sidera, aspicite gloriam Dei et Filium Sanctum in dextram Dei stantem. Is est enim, qui erat in principio, ille est Verbum, qui erat apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per Ipsum facta sunt et sine Isto nihil factum est. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam Eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Hic Filius Dei, qui filius hominis factus est, et nobis potestatem dedit filios Dei fieri, quia ad sanctitatem vocaverat nos Pater noster et non ad sordem squalentem et necem cruentam. Ecce adventarant tempora, quando ille seductor magnus iterum emittebatur ex carceribus inferni, quo a Domino nostro Jesu Christo, cui non sumus digni exemplar fieri ad sacerdotium immaculatum, manu potenti et verbo oris sui detrusus et devinctus erat catenis in stagno ignis ad mille annos. Et hic seductor Magnus, iste pater mendacii et caedis una cum foetura sua nunc seducit gentes Christo subditas, ut trucidant ac interficiant se invicem, et gens in gentem surgat. Vos tamen, filioli, abstinetе se a peccato sanguinis, ut levantes puras manus sine ira et disceptatione adoretis Patrem vestrum coelestem, qui non desiderat amplius holocausta sanguine effuso hircorum, vitulorum aut hominum, quia Christus assistens pontifex bonorum futurorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum neque per sanguinem hir-

Hebr. 9. corum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in 11-12.

Sancta aeterna redēptione inventa, ut omnes vocati, Pagani et Judaei reprobationem aeternae hereditatis accipiant i.e. vitam aeternam. Quanto potius vos, carissimi Sichemitae, qui non solum vocati, sed etiam electi estis, ut servitium internum faciatis ante faciem ISH fidelissimo nostro Pontifici Domino Jesu Christo. Ideo exuite arma-

Efez.6.
12-
menta hominis vitiosi, patris mendacii et caedis ; induite vos armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. Haec sunt autem arma luminis divini: veritas, iustitia secundum Christum, praeparatio evangelii pacis, scutum fidei, galea salutis, gladium spiritus , quod est Verbum Dei per omnem orationem et obsecrationem orantes et vigilantes in Sp̄itu Sancto pro omnibus sanctis Amen."

His verbis instruens populum suum benedicit auditores sedulos persona spiritalis sancti Melchisedech utrisque manibus; dein descendens de monte miscetur inter eos alis confabulationis et coalescit cum plebe fideliter mulcenti in epulis convivalibus uberior sermocinantes de donis electionis.

In qua re nosistit electio Judaeorum? In eo, ut servaret conceptum purum Deitatis in communi exundatione peccatorum; portaret legem hominibus in antiquo et novo Testamento revelatam; ut ex corpore suo gigneret Salvatorem tam in protoevangelio, quam per prophetas promissum. Huius electionis gratiarum actio est oratio ab omnibus piis Judaeis recitata in applicatione tefilin: „Et sponsabo te mihi in sempiternum: et sponsabo te mihi in iustitia, et iudicio, et in mi-

Osee 2. sericordia, et in miserationibus, Et sponsabo te mihi in fide: et sci-
19,20. es quia ego Dominus." Ergo desponsatio populi illi rei tribuenda est, quod ex sanguine huius gentis oriatur Redemptor, i.e. sponsio plebis ad Personam sanctissimam Salvatoris attinet, cum Ille sit causa originalis electionis populi Judaeorum. Haec sententia evidenter exprimitur a sene Simeone, cum Jesum triginta tres dies natum in ulnas suas sumens vaticinatus esset Salutare Dei paratum esse lumen ad

Luc.2. revelationem gentium et gloriam plebis suae Israel. Hoc autem quidem aequale est, cum et lumen et gloria in certa claritudine existat. Cum ergo Pater Optimus visitavisset genus mortaliuum, hoc facto non solum unica singularis familia, una stirps, sed etiam tota natio glorificata est, ut benediceretur universum genus humanum.

Quoniam vero haec visitatio divina a Salvatore ita disposita est, ut hac gloriola etiam functionarius alterae gentis quoque cingeretur pontificatu de huius nomine assumpto: ex hac re causaliter sequitur etiam alteram nationem electam esse, quae testis fiat Eius in grandi opere redemptionis perinde ac gens Judaea. Hi testes bini Apoc.11. commemorantur et a Spiritu Sancto dicenti: „Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis." Sub his autem testibus intelliguntur ecclesia interpretante partes componentes religionis Christianae scilicet Hebraei et Pagani atque universa gens Christicolarum, quia religio Christiana saepius nominatur ab apostolo testificatio. Quod tamen religio Christiana sub duplice numero

Apoc.11. appellatur, exinde est, quia multitudo Christiana ex binis factoribus
an.4. constat: clericis et laicis; ex pastore et grege. Congruenter intelli-
guntur in his duplicitibus testibus Pagani et Judaei, cum sancta eccle-
sia ex his componentibus quasi binis parietibus exaequetur, cuius la-
Efez.2. pis angularis est Christus, a quo etiam muri extucti coniunguntur
an.35. et sub unico tecto copulantur. Judaei sunt filii Abraham secundum car-
nem, Pagani autem omnes gentes ceterae, quorum patroni represeantan-
tes sunt Sichemitae i.e. Hunnosiculi per sacerdotium Melchisedech.
Minime labefactatur haec sententia enuntiatione apostoli, quatenus
hic pontifex Hunnosiculorum sine patre, sine matre et sine tabellis
genealogicis factus esset similis Filio Dei, quoniam ex interpreta-
tione ecclesiastica hac explicatione modo sacerdotium tan-
gitur et non genus, quemadmodum haec positio in priore capite parti-
culatim propnebatur. Ceterum non est rationale vel possibile, ut ali-
quis in lacrimarum valle sine patre et matre possit procedere, cum
habeamus quidem aliquot exempla parthenogenesis in historia Palla-
dis, Isaaci, Joannis Baptiste, D.n. Jesu Christi, sed genesis de aere
nusquam commemoratur in litteratura universalis. Ergo haec enuntia-
tio vaticinia modo hoc potest significare, quod libri Moysis tace-
ant de eius ordine genealogico, cum ad electionem huius populi satis
fuerit revelatio Spiritus Sancti hunc mirandum sacerdotem pontifi-
cem fuisse Sichemitarum et non Jebuzaeorum, neque cetrarum gentium
de' Chanaan, sed expresse Hunnosiculorum. Et hoc quoque non adeo ex
aspectu praeteritorum ordinabatur sic a Deo, auctore spirituali scip-
turarum, quam potius ex conspectu venusto splenduit sic futurarum
rerum serius-ocius declarandarum.

Alioquin ipso conceptu ordinis excluditur in pontificatu soli-
tudo, cum ordo cuiusvis generis, ergo et sacerdotii tantummodo in plu-
ralitate possit existere. E.g. de ordine s. Francisci loqui irratio-
nale esset unico monacho supposito, eodem modo impossibile est ad o-
culos proponere ordinem Aaron nullo comitante Levita. Itaque irratio-
nale et impossibile est de ordine Melchisedech sermocinari eo sen-
su, quasi unus et ab omnibus desertus sacerdos extitisset solum in
vita religiosa Sichemitarum, et ceteri non eodem ordine, non eodem
ritu functi essent liturgia, quam ipse pontifex maximus, ad cuius nu-
tum et praecepta debebant se accommodare cuncti sacricolae et totus
cultus divinus Hunnosiculorum. Probet nunc aliquis mystarum aliter
missam et altaris sacra myteria peragere et non accuratissime prae-
scripto modo: statim amovetur a munere et eventualiter excommunicabi-
tur ecclesia. Num avi nostri spirituales magis liberales fuerint?
Plane excluditur! De hac re vincimur et praeceptis antiqui Testamen-

ti, quae et in dispersione vitaliter afficiunt rabbinos et assectatores eorum.

Repugnat et cursui vivaci vitae, quasi Sichemitae tantum hunc unicum sacerdotem habuissent, neque ante nec post eum extitisset apud eos ordo presbyterorum, et hoc eo minus est comprehensibile, cum ob ipsam rem electus esset hic Melchisedech exemplar Christi, quoniam munus suum sacerdotale singulari conscientia administraverat ita, ut dum ceterae gentes iam ad idola se reverterentur, Sichemitae fideliter persverarent in scientia et cultu grato Altissimi, quae res sine dubio sacerdotibus probis illorum imputabitur. Cur non est a Moyse potius Jetro, sacer suus, exemplar Salvatoris scriptus, quod quidem facere potuisset leviter non solum ideo, quia et hic Jetro sacerdos erat Altissimi, sed etiam propterea, quia ut scriptor et reductor Pentateuchi hoc facere potuisset. Ex his elucet ea res, quod huic sacerdoti quoque et per eum populo eius certas partes destinavit Dominus in divino opere redemptionis ita, quemadmodum Moysi et interjecto eo Judaeis universis separata pensa proponabantur a Deo.

Itaque Hunnosiculis singularem effectionem divinam tribuentes, si hoc sine ulla revelatione, modo ex naturali ratione faceremus, nec tunc de moribus vel fallacia reprehenderemur, cum ^{de}vis nationum habeat suam propriam electionem et vocationem in oeconomia generis humani, propterea necesse est, ut et gens Hunnosiculissa habeat hanc communem proprietatem ac naturam. Modo in eo differunt singuli individui inter se, quod alter penitus cognitam habet suam vocationem, alter minus; alter curat suam praedestinationem, alter autem negligit illam. Hanc precem pulchram piamente ergo quisque Hunnosiculorum simili iure potest recitare de gente sua et semetipso quotidie, quae dicitur a Hebraeo: "Et sponsabo te mihi in sempiternum!" Et revera singulariter sponsavit Dominus in Sichem Hunnosiculum sibi eo momento temporis, in quo ad exemplar Salvatoris portandum sacerdos Altissimi: Melchisedech praedestinatus esset a Domino. Ad hanc electionem digne illustrandam talis spiritus necessaria esset, quali depicta est a prophetis ex potestate regali Christi vocatio Hebraeorum ad regendum mundum materiale. Si vero Isacidae exclusive sub titulo regis Judaeorum Christi sumunt sibi imperium mundi, tunc Hunnosiculis pariter ex pontificatu Christi licet et oportet accedere ad privilegia huius sacerdotii divini. Vicissim si hac ratione caperet consilia Providentia administrans sortes gentium, tunc hoc privilegium decenti honore attractandum est ab omni anima pia, ut in hac re quoque laudetur immensa Sapientia et Iustitia divina. Cum enim Dominus filiis Abrahae secundum corpus natis promisisset Chanaan, et hoc promissum de facto impletum esset, tunc veteres pos-

sessores huius regionis lacte et melle fluentis aut vectigales facti sunt dominis novis aut ex patria pristina emigrare et sibi novum inculatum quaerere coacti sunt. Hoc iudicium quidem profecto congrebat iudicaturae aeternae partim velut multa et plaga peccatorum commissorum, partim vero quasi conditio propositorum Patris temporibus novissimis retegendorum. Similiter et Judaei lapsi ejiciebantur patria et inter gentes dissipabantur in orbem terrarum ubique secum portantes spem indulgentiae et persuasionem de mundo gubernando. Ast Deus IHS immensae misericordiae et tunc est propitius si poena afficiat pueros caducos suos; si manu una dolorem afferat, altera consolatur afflictos: sic tractavit Pater et Sichemitas, filios Cham privans eos patria, sacerdotio Christi compensavit eos!

Comparando bina munera scl. regalia et sacerdotalia, altera conceputu corporis, altera autem specie animi ponderatur et aestimatur. Excelsa sunt ambo dona, insitutum est divinum utrumque, tamen spiritualitas excelsior dicenda est, cum Ipse Dominus Omnipotens et angelii Eius sint animae purissimae, habentes intellectum et voluntatem liberam non indigentes materia, tamen dominationem habentes in illam. Verum est quidem ortum et substantiam materiae non secus incognitam esse, quam animae, cum corpus humanum ex suis imbecillitatibus inepta sit ad absolutam scientiam pervenire, tamen anima pluris aestimatur propter eius immortalitatem, dum corpus nostrum debile, fragile et caducum est. Propterea scribit apostolus noster Romanis Paganos obligatos esse servire Judaeis in materialibus, quia gratis

Rom. 15. facti sunt participes bonorum spiritualium eorum i.e. religionis
27. -an. Christianae, quae a Judaeis venta sit ad Paganos. Sub bonis Christianismi intelligenda sunt praeter doctrinam Christi remedia gratiae quoque, quae per sacerdotium novi Testamenti i.e. secundum ordinem Melchisedech praebentur hominibus. Si autem Salvator dicit salutem
34. Joan. 4. a Judaeis venire, tunc hoc modo dicit et id, quod pontificatus a Hunnosiculis venit. Itaque ex his dicendum est hanc benedictionem et haec bona spiritualia gloriam Sichemitarum esse, quae vicissim mediantibus Hunnosiculis manat ad Judaeos quasi separata et seorsim praefigurata gratia divina. Una ab altera parte minime excluditur aequa ac affirmatio benedictionem et execrationem a Judaeis venire, quemadmodum huccine saepius alludunt enuntiationes vaticiniae. Ast nusquam scribitur imprecatio a Sichemitis venisse, ergo electio eorum primo ordine manet in pontificatu, quo continetur potestas regia quoque, quemadmodum hic duplex character pariter apparent in prototypo Melchisedech, qui rex et pontifex erat in una persona.

Ex hac causa docet ecclesia sancta unumquemque Christianorum regem et sacerdotem esse; regem, cum regnet in sensu et commotiones

- 2.Petr. suas, et vocatus sit una cum Christo regnare in regno coelorum; quo-
2,9.
an:14. circa baptizati aliquando coronam acceperunt in capita, confirmati
an:5. redimiculum, vittam. Sacerdos est porro quisque laicorum Christi fi-
Apoc.4. delium, cum sacerdotio interno fungatur h.e.sacrificium omnium vir-
an:9. tutum offerat Deo. Hoc autem comprehenditur et demonstratur illa re,
quod corpus, materia portat in se stigma depravationis, corruptionis,
et imprecationis, dum anima libera est ab his defectibus. Ideo Judaei
qui non solum benedictionem, sed etiam imprecationem hereditate acce-
Apoc.2. perant, et propter hanc sensualitatem aspernentes Salvatorem syna-
9. goga satanae et hac re opprobrium gentium quoque facti sunt. Hac re
monstratur eorum materialitas i.e. regale ingenium, quae causa pri-
maria erat reiectionis Christi, quia in Messia quovis modo regem
terrestrem expectabant tunc, quemadmodum postulant et nunc. Execra-
tio autem a Patre in sensualitate seminata est dicenti ad protopar-
rentes nostros peccatum originale committentes: "Maledicta terra in
Gen.3. opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae.." 16,17.
Mulieri quoque dixit: "In dolore paries filios, et sub viri potesta-
te eris, et ipse dominabitur tui."

At ille Pater immensae bonitatis, etsi maledixerat homini, nec
tamen eum definite delevit, sed in labore aerumnoso multifaria bona
quoque condidit; quamquam Dominus in sua ira partem generis humani
aliuando deleverat, nec tamen annihilavit totum, sed retinens arbo-
ris caesae radices et truncum revirescere fecit illam: sic expandens
manus suas versus genus humanum trifariam castigatum, iterum effun-
det spiritum vitae et super mortuos, et prodibunt boni in gloria ex
regno umbroso Plutonis in lumen vitae gloriosae. Idem radius gratiae
lucescit ex ligno crucis versus humanitatem infelicem gemente Sal-
Luc.23. vatore in passionibus suis: "Pater, dimitte illis: non enim sciunt,
34. quid faciunt." Propterea portavit secum hic Pontifex secundum ordi-
nem Melchisedech de coelo nobis in suo cruento sacrificio doctri-
nam et vim consolatoriam renascentiae et recreationis, quemadmodum
haec dona supernaturalia primum Nicodemo explicavit in illa nocte
memoranda. Has veritates genuinas contemplans homo spontaliter ad
genua advolvitur Patris supplivando publice: "Pater, peccavi in coe-
lum et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus; .. fac me sicut
unum de mercenariis tuis."

Aspicientibus imprecationem, quae per Judaeos lapsos effundebatur
in cervices generis humani occurrunt verba Domini item ad Judaeos
directa, cum tradidisset illis hereditatem filiorum Cham, nihilo-
minus et hos reliquisset ibidem, ut una cum Hebraeis viverent. Et
dixit tunc angelus Domini: "Quam ob rem nolui delere eos a facie
vestra: ut habeatis hostes, et dii eorum sint vobis in ruinam... ut

Iudic.2,in ipsis experiar Israel,utrum custodiant viam Domini,et ambulent
3-22. in ea,sicut custodierunt patres eorum,an non." Secundum eandem re-
gulam filii lapsorum Judaeorum ob eam causam dissipabantur inter
gentes Christicolarum,et non delebantur a Domino lapsi sabbatarii,
ut experiret Pater coelestis,utrum persverent ex Pagnitate assump-
tae nationes in fide Christiana,an non,sed a veritatibus doctrinae
Christi revertantur ad mendacia satanae ac fraudes,quas pater ho-
mocidii per lapsos sabbatarios pepererat et divulgarat inter oves
Christi,boni pastoris,et huius apostasiae est consequentia sub ti-
tulo revolutionis acceptum bellum universum,in quo fratres et socii
hereditarii Christi nominatim appellati furore invincibili ad invi-
cem extirpandum sacramentum dixerunt.In hac imprecata religione
dira,in hac protinus indicata catastropha fidei apparet vere et
reviviscit proprium ingenium sacerdotii Sichemitici,et electio Hun-
nosiculorum,cum partes sint sacerdotii et vocationis explicatio et
usus doctrinae charitatis.Huius sacerdotii interni est privilegium
et ius omnia excogitare et adimplere,quae in hac ratione et in hoc
respectu ac in omni situ vitae a lege divina praescribuntur,iuben-
tur et permittuntur.Hoc autem tam grande et supernaturale privile-
gium et mandatum est,ut huic quisque piorum fidelium se subjicere
et cordate oboedire debeat;vicissim possessores horum privilegiorum
potestate plena investiuntur,quemadmodum et Filius a Patre delega-
tus est.Quocirca clarissime a nostro Pontifice dicuntur verba ad
sacerdotes utriusque generis suos directa:"Data est mihi omnis po-
testas in coelo et in terra ..sicut me misit Pater et ego mitto vos"

Matth.28.

18.

Ergo hanc delegationem servi heredes pontificatus directe ab ipso
Pontifice Maximo sumunt sibi et a nulla alia potestate humana adeo,
ut et adversus potestates mundi independenter,libere et audacter
debeant fungi in munere suo.Vis et vigor huius sacerdotii interni
supernaturalis praecipue illis temporibus evolvitur singulari pon-
dere,quibus ipsa regia potestas quoque delaberetur;principium pote-
statis ex Dei gratia ortae evanesceret;partes regiae a variis man-
datariis luderentur,qui a majestate populi deueniunt dominationem et
ditionem suam visibiliter non emolumento populi immo contraversum
detrimento incolarum exercitatem.Quid prosunt multa promissa in spe
futuræ felicitatis effuse dissipata,si in vestigiis eorum ubique
diminuitur vita a natura saluberrime sata.Et haec contrarietas pu-
blica praecipue verbis Salvatoris lucet dicentis,hunc statum modo
initium esse tribulationum,quibus ineuntibus arma iam ab ipsis sa-
cerdotibus externis benedicantur a fratribus Christianis in alter-
nam caedem raptam.

Quis est ergo vocatus ad hunc difficilem at excelsum laborem, ut inter lineas ardentes exercituum gentium ad certamen exitiale armis accinctorum surgens alloquatur proximos suos: "Fratres Christi! cur necatis vos invicem? Fratres enim estis!" Quis est vocatus et destinatus principem Gog cognoscere et alloqui coram, atque inspicere audacter in faciem, vultum seductoris magni, ut frangatur fascinatio oculorum eius? Quis est missus pertransire fines regni Magog et cognoscere universam geographiam eius, ne quis deerret et pereat in deviis huius terrae, et cunctas latebras patefacere et subjugare solum totum illud? Quis est electus portare multitudini Tubal et Mosoch sacrificium mundum Pontificis immaculati, et illam persanare ex atrocitatibus holocausti sanguinolenti hominum, nisi gens Hunnosiculissa, cuius hereditas natalitia atque praedium optimo iure sit sacerdotium secundum ordinem Melchisedech?! Quis est delectus mysterium iniuritatis in suggestibus secretis et in sodalitatibus opificum liberalium cultum retinere, luctari contra corpus et sanguinem, adversus spiritus malignos in aere et eos domare, nisi Hunnosiculus, cuius hereditas paterna sit regnum Melchisedech?! Quis est adoptatus ad sedandas commotiones et furorem animi a fraterna invidia et sanguine Christianorum, et in calicem victimarum loco sanguinis germani merum charitatis inimici fundere, nisi populus iste, cuius sacerdos magnus de Melchisedech nominatus sanguinem suum proprium effudisset pro inimicis suis?!

A quo piscatores de Betsaida piscatores hominum facti sunt, vere lignatores Efraim monstra et imagines terribiles spirituum malignorum et exercitus deculcantes agmina satanae facti sunt; et idem Magister aedium, qui Hunnosiculos structores Salem primos fecit, iden Architectus eosdem Hunnosiculos doctos aedificatores fecit Hierosolymae novae de coelo descendentis.

Ad haec pensa ponderosa persolvenda sacerdotes externi inepti sunt et tunc, si de Melchisedech nominentur et ab eo abducant sacerdotium suum, quoniam non illis assignabatur munus legis exequendae, sequenter iam ordinatione tenus egent ad hoc certamen optatis adiumentis. Quis est ergo vocatus et electus in his discriminibus religionis Christianae fungi sacerdotio interno secundum ordinem Melchisedech, nisi proles Hunnosiculorum, quae copula sanguinis iungitur ad prototypum Christi, ad Melchisedech?! In nomine eius exercet enim ipse Salvator suum sacerdotium. Num modo ornamentum futile, ceremonia inanis vel titulus vacuus est nomen Melchisedech, et non vera substantia et officium grave?! Dominus noster Jesus Christus non erat amicus nec doctor locutionum vanarum, consequenter nec in munere augustissimo et perfectissimo potest esse socius figurarum fictarum.

Quanto plus et intensius occupat se aliquis in hac quaestione, eo magis elucescet ante oculos eius specificum mandatum divinum Hunnosiculis destinatum in situationibus aetatis Apocalypticae incomputabilibus. Quamobrem certissimum est Sichemitas, Sikanos non evanuisse ex superficie terrae ita, quemadmodum exaruerant gentes potentissimae e.gr. Sumiri, Chaldaeи vel minores, velut Jebuzaei, Philistaei; sed in plena integritate et incolumitate adesse alicubi etsi absconditos et non tam evidenter versatos, quam manifeste conspiciuntur Judaei, qui in evolutione apparatus salutis similiter graves partes habent, quam Hunnosiculi.

Caput octavum .

DE APPARITIONIBUS PRAECIPUIS .

Aetates personarum ambarum historicarum scl. Melchisedech et Nicolai Hothy, gubernatoris Hungariae fere accurate quattuor milibus annorum separantur in tempore. Alter est rex et potifex Sichemitarum et exemplar Christi, Filii Unigeniti Dei, Sacerdotis immaculati; alter vero est princeps Hunnosiculorum, gubernator Hungariae. Per ruinam profundam praeteritorum saeculorum dextram inter se iungunt utrique viri genere clarissimi et pontifex Sichemitarum his verbis salutat principem Hunnorum et Siculorum: „Ave Caesar! Corpus es ex corpore meo, sanguis es ex sanguine meo, spiritus es ex spiritu meo!” Vicissim respondit imperator: „Ecce sacerdos magnus! Benedictus, qui venit in nomine Domini!”

Nihil evenit sub sole fortuito, sine causa et sine proposito, quo circa nec circumstantia ^{haec} indiget commatis providentialis, in quo haec est nota praecipua, quod ab ephemeride „Székely Nép”/=populus Sicanus/familia nobilissima gubernatoris nostri velut gens Sicula, Sicania celebrabatur. Ultimum millennium ut spatium longorum praeteritorum adest nobis una cum fontibus suis scriptis, ex quibus large hauriat aquam viventem anima sitiens a Domino. Ut non sint tam copiosae, tamen inveniuntur certi et authentici nuntii etiam ex primo millennio quoque, quibus historia arcana Sicanorum introducebatur in res gestas gentium. Bis millennia intercalata umbra densa teguntur, et hic hiatus dehiscens una cum rebus suis secretis certe modo illa Ecclesiae aetate illuminabitur, in qua omnia proferentur a Domino ad iudicium 12, 14. sive bona sive mala. Ambae tamen aetates talibus filis spiritualibus connectuntur, qae non papyris inscribebantur, et quae non litteris lapidibus scriptis ac sculptis, sed sensu in cella cordis abscondito quasi thesauri solicitissime acti custodiuntur. Hic ductus historiae

Sicanorum assimilatur naturae fluviorum regionis Croatiae iuxta litora Maris Adriatici extensae acterra rossa tectae sic dictae Carst, qui in parte fluxus suo in superficie terrae susurrant, mox subito evanescunt de terra et in aliqua subterranea spelunca vel xylo recondito latescunt, dum iterum emerguntur in lumen solis et noctis provinciis properant cursu rapido in mare. A gaographo autem demonstratur nexus inter inferiorem et superiorem fluxum existens.

Haec millennia intercalata, de quibus tacent scriptores annalium, consumebantur inter illos populos, ad quos a sorte ducerentur Siche-mitiae, et haec res testatur a historicis de ortu eorum inventis. Il-la theoremeta, etsi in diversissimes situs ponant peregrinantes Siculos i.e. Sikanos, proprie minime contradicunt inter se alterne; quae-vis eorum scil. potest esse vera quoad tempora inter commemoratas gen-tes trita. Huius rei analoga similitudo est historia Judaeorum, qui post dissipationem in regnis omnium Christianorum populorum appa-rebant et habitant hodie quoque, quin ex relationibus loci et lin-guae suae idem populus haberetur cum domicilio praebentibus, quia ingenium populare et religiosum adeo servetur inter omnes vicissi-tudines. Idem casus est et in historia Hunnosiculorum, qui in omni aevo et inter omnes populos custodiebant et conservabant characte-rem suum nationalem. Inter tempus peregrinationis Sichemitarum et Judaeorum, tantum unum millennium interest, quia Hunnosiculi mil-lennio prius incipiebant peregrinari, quam Judaei, et sic unico mil-lennio prius desierant remotas terras lustrare. Tempus dispersionis Judaeorum quoque paulatim continget metam optatam et cito adventat aetas, in qua et haec natio revertetur in patriam amissam suam, et ex dispersione congregabitur secundum promissiones divinas. Quae sint consilia Providentiae cum dissipatione et migratione populorum elec-torum, item sera valida obserata pars est mysterii Siculorum, prop-terea non potest esse substratum dissertationis nostrae, ideo con-tenti sumus lucidioribus objectis expectantes fideliter adventum Agni, qui solus potest aperire librum septem sigillis obsignatum.

In serie rerum praecipue illae apparentiae sunt ponderosissi-mae, quae ad Sanctissimam Personam Salvatoris referuntur, exinde ori-untur et illuc habent vim redundantem. Haec est copula supernaturalis, qua omnes certa relatione connectuntur, qui cum Salvatore mun-di qualicumque nodo cohaereant. Cum autem quisque hominum et spiri-tuum in manus Eius positus esset, signa apparentia ad cunctos spi-ritus et homines valent. Ipse Magister declaravit omnem potestatem in coelis et terra Sibi traditam esse, et hanc proclamationem sen-sibili modo quoque testatus est, quocirca solum quaestio temporis est illud momentum, in quo omne genu Ei flectabitur et quaevis cre-

tura humana Ei obsecundabit, quia iure iurando declaraverat Dominus, ISH, omnes Paganos Filio suo Unigenito tradituros esse, dum autem omnes inimicos Eius scabellum pedum Eius fecerit, ad dexteram suam sedere fecit Filium Suum Sanctum, qui est sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech, ceteri autem omnes spiritus sunt administratorii

Hebr. 1. 14. missi in ministerium propter eos qui hereditatem capient salutis!

Relationes vero variae, quibus homines ad Filium Dei referuntur in has categorias distribuuntur: Judaei, Sichemitae, Pagani, Christiani, Filii Dei. In ultimo actu igitur tragœdiae generis humani i.e. in consummatione operis magni redemptorii sine exceptione cuncti salvati filii Dei, vel filii ISH nominabuntur et ita se gerezunt, quemadmodum hoc filiis Dei decet. Hic status praedicatus est a Christo

Joan. 6. 45-Isai. 54,13. loquenti: „Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Ptre, et didicit, venit ad me."

Jer. 31,33, 34. Conditio huius habitus exoptati, qui in pace divina perficietur est, ut homines Christum confitentes Dominum et Deum, eam rationem bellandi assequantur a Christo praescriptam, quae sola reddit certantes aptos ad punctum tenendum. „Pax in hominibus singulis inquit ecclesiastes, et inter homines generatim et cum Deo: est

Luc. 2. an. 14. scopus redemptionis." Ecce clara doctrina ecclesiae sanctae. Ad hunc finem assequendum descenderat Verbum Deus de coelo et in labore salutifero duos populos adstrinxit Sibi omnibus proprius scl. Judaeum et Sichemitam, in quibus totum genus humanum invenit suam representantem personam. Quod Judaeos attinet, regnum Christi i.e. imperium materiale habet vim significandi, ad Sichemitas vero pontificatus Eius. Exinde oritur propinquitas, qua notentur ambae gentes: communis migratio, lingua commiscua, communis lex. Vestigia huis spiritualitatis, cuius demonstratio praecipue in Tora scl. codice legis antiqui Testamenti inveniri potest, videbantur et in hodierna patria Hunnosiculorum splendide designata exclamazione forti professoris collegii, Stephani Felszeghi in paginis ephemeridis "Székely Nép" in-

a.D. 1942 scriptae dicentis: „Tale regnum unicum est in historia / quam scl.

d. 13. Dec. Hunnosiculorum, cum de iure et patrimoniis pares fuissent cives et servitium ignotum apud eos." Huius rei autem solum in Tora invenitur causa propria, quoniam solus hic codex legis habet huismodi institutiones. Ergo dum has leges secuti sunt Siculi et persverabant in illis, singulares erant et liberi, at ubi has leges negligentes ad novas res se acclinavissent, appruit inter eos servitus molesta. Demonstratio huius facti psychologici continetur et capite, quo proferuntur consequentiae in transformatione rationis gubernandi semper

1. Reg. 8. et causaliter evenientes, quotiescumque populus quidam leges Dei re- 7-20 an. 3. velatas cum praeceptis rationis humanae desiderat permutare.

Comparatio legis Dei et legis regis est hoc caput, quo perfecte perlustrantur et res gestae Hunnosiculorum. Haec species spiritus et rerum publicarum innumerabiliter describitur litteris prophetarum et apostolorum in hanc fere sententiam loquentium: Dum mandata et praecepta mea servavistis - ait Dominus - res vestrae bene se habebant; simulac declinavistis a meis verbis et cum aliis deis fecistis societatem, amisistis felicitatem et independentiam vestram! Eadem sententia exprimitur et versu populari Hunno recta simplicitate et molibus blandimentis scripto: „Donec me amasti, caligam rubram portasti; si nunc iam me non amas, et pedibus nudis pergas." Ergo si reverterint Hunnosiculi et post eos omnes gentes ad leges Domini ISH et illas eo fervore studuerint et exercuerint, quo fecerant patres eorum, propter quos in gratia sunt apud Deum hodie quoque, cum adepti essent pontificatum Christi secundum ordinem Melchisedech: tunc iterum liberi et independentes erunt et exemplar ceteris populis.

Vere ornatum simul ad animos commovendos aptum symbolum copulationis Iudeorum et Sichemitarum spiritualis et corporalis per munus sacerdotale et regium Jesu Christi est caus Sichem cum familia unigenita Jacob: Dina. Haec mentalitas lepidissime exprimitur verbis virilibus herois tragicis Sichem ad Jacob et filios eius promanu Dinae demisse loquentis: „Inveniam gratiam coram vobis: et quae-

Gen. 34. 11, 12. cumque statueritis, dabo. Augete dotem, et munera postulate, et liberter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc uxorem." Sichem autem amabat puellam valde. Sine ulla immodestia et amplificatione possumus aspicere in hoc viro Sichemitarum et principe prototypum verum Salvatoris, cum et Hic eundem flagrantem amorem ostendisset erga genus humanum et pretium huius amoris Jesus quoque suo sanguine rependisset ita, quam Sichem. Quamquam edmodum tragica erat sors Sichem pro vitio suo graviter patientis et sacrificium cruentum offerentis, tamen satis passi sunt et patiuntur adhuc semper propter suam naturam ultricem Judaei: nihilominus pax restituta est inter utrumque populum, cuius signum in eo ostendebatur, quod Sichemites ad regulas legis Mosaicae se accommodarent, licet non ea intensitate et assiduitate, quam filii Abrahae. Sed quod iuxta suam exiguitatem potuerit gens ista conservare lineamenta popularia et independentiam socialem per millennia labentia, hiis rei arcanum extra Providentiam divinam magis in illo ponitur, quia instituta Torae ad vitam civilem spectantia usu comprobati sunt, a Hunnosiculis. Huius consuetudinis est argumentum, quod casu infortunato sodales diversorii communi vi veniunt subsidio iacturam patienti in rebus familiaribus. Hic usus autem antiquitus traditus lingua Siculorum vocabulo prisco sermonis Hebraeae exprimitur scl.

substantivo: „k a l á k a.” Quam profunde afficeretur hic duplex character urtiusque gentis in convictu veterrimo, ostendunt descriptiones de consuetudinibus coniugalibus et religiosis loquentes. Licet a praecepsis Mosaicis vetaretur matrimonium inter eos, tamen permixte iungebantur matrimonio praecipue pot occupationem ita, ut multi Judaeorum et consuetudines religiosas Sichemitarum acciperent, cuius vitii disposite servitum et ignominia erat multa praescripta. Immo et clarus iudex Gedeon Sichemitam mulierem sibi sociam thalami sumpsit, cuius filius Abimelek nominatus temporarie iugum servile Hebraeorum excutit de collo Sicanorum, sed iniuste et inhumane, et in hoc casu ignis primitivi antagonismi inflamatus est recordans historiam Dinae.

Memoria vicinitatis et fraternitatis veterrimae Judaeae nulla re melius custoditur, quam illa apparitione linguistica, quod vocabula dialectus Siculorum propriorem relationem ostendunt ad voces antiqui Testamenti, quam dialectus Hungara. Modo aliquot exemplis licet uti: adverbium Hunnum „m i n d j á r t” / = extemplo, subito / in dialectu Sicula pronuntiatur: „minyát”; hoc autem idem est ac vox Hebraea: min-jad / תַּיְדָה / Latine: illico, Hung.: azonnal i.e. mindjárt Vox Hebraea: kohen / כֹּהֵן / = sacerdos, reperitur apud Hunnosiculos ad signandam cavillationem, irrisiōnē et ludificationem. - Koszeresz=corona / כּוֹזֶרֶת / apud Siculos dicitur: „koszeró”? Hung.: koszoru. Vox Hebraea: „jeri-joh” / יְהִי־הָרָב / = populus Jehovahe. Aspicientibus pretium reciprocum phoneticum consonantium j et g lucide apparent in nomine proprio: „Gyergyó” idem etymon Hebraeum significans populum ISH i.e. Jehovah eo vel potius, cum nomen substantivum: „Jerijoh” in lingua Hebraea etiam ut nomen proprium usitatur, similiter et apud Siculos nostros. In hoc aspectu valde curiosae sunt duae voces usu receptae, motores cunarum vitae socialis nempe: „kaláka” et „kalot”, et haec species quoque spectabiles motus sociales dirigit. Sic diebus Novembribus a rectificibus mulieribus ordinabatur commotio frequentata: „Székely anyák nagy kalákája” dicta i.e. „Kalaka magna matrum Sicularum” in negotio sortis puellarum Sicanarum, per longum et latum descripta ab ephemeride „Székely Nép” nominata. a.D. 1943. die 8. Nov.

Quid significant ergo hae ambae voces resonantiae pergrinae, quarum altera et in nomine urbis: Kalotaszeg quoque invenitur, Haec vocabula aenigmatica demonstrantur dictionario Hebraeo, ubi verbi: kolach / קָלָח / futurum dupli enuntiatione profertur scl: vajikochalu et vajikolachu / וְיַקְוְלָח, וְיַקְוְלָחוּ / significans: et congregati sunt. Evidens est ergo nexus sententiarum, quia Hebraice dicitur: kachal, quod est: synagoga, conventus, congregatio, at in formula Hunnosicula

dicta: „kalach” pariter ad conveniendos homines usurpatur, ergo Kalaka matrum idem est ac congregatio matrum. Non est ignotum hoc etymon et in lingua dulcisona Hungara, ubi in hac compositione cernitur: „kalikó-bál”, cuius figurae significatio secundum supradictam etymologiam est: in honorem Baál dispositus conventus, delectatio. Idem vocabulum in Talmudex parte S. Scripturae antiqui Testamenti, ex Tora deductarum et in vita practica pervulgatarum legum collectionem signat in hac forma: „kalakha”. In lingua Latina quoque reperitur haec formula grammatica velut vox solitaria synonymis orbata in substantivo: „Cloaca”, qui est ductus aquarum sordidarum.

Radix alterius vocis: „kalot” in dictionario Hebraeo est: ko-
lat / קָלַת /, huius participium: kalut / קָלָעַת /, et derivatum: mikelat= / מִקְלָעַת / significans: asylum, refugium. Ergo „Kalotaszeg” aut urbs refugii erat, aut significationem locis receptaculum praebentis portat secum. Vis et notio verbi est: contraxit et in hac significacione reperitur apud nos Hunnos in his nominibus: „kalit”, „kalitka” i.e. opusculum vimineum ad collocandas aves.

In hoc aspectu maxime characteristicā est dictio popularis vulgo cognita: „Székely góbé,” quae formula signatur communiter spiritus specificus Hunnosiculorum. Haec autem enuntiatio nihil aliud est proprie, quam vocabulum Hebraeum: סְכֵלִיּוּתְךָ i.e. prudens Jacob, idiomate Sicula expressum: Székely góbé. Demonstratio: nominis Jacob blanditer expressa forma est: Kobi eodem modo, quam Davidis-Dodi; Antonii-Tóni; Thomasii-Tomi; Josphi-Sepi etc. Porro hoc nomen deminutivum: Kobi ore mellito locutum variatur in his formis: Gobi, Kópé, Góbé. Adiectivum autem significans prudentiam, calliditatem, astutiam Hebraice legitur: masekil / מִשְׁכֵל /, cuius substantivum est: szekel / שְׂכֵל / quo notatur astutia, prudentia, calliditas. Ergo figura grammatica: Szekel Jacob=prudens Jacob blandisonis dictis mulcens dicitur: „Székely góbé” in verbosa loquela Sicula, quae singulari studio et amore usucapiat praenomina antiqui Testamenti. A Hunnosiculis voluntate propensa electam fuisse ex praenominibus Hebraeis ipsi Jacobi denominationem ad signandam indolem typicam popularem est praeclarum signum prōmatis, quod res gestae Jacobi inter Sichemitas evenerant et actiones egregiae huius patriarchae Hebraei adeo arripuerant animam eorum, ut de persona reverenda Jacobi formarent ingenium proprium. Et in qua re cernatur atavi “Székely góbé” i.e. prudentis Jacobi sapientia, intelligentia et astutia, quibus proprietatibus factus est adeo gratus in oculis matris et patris atque Dei sui, ut atavus fieret Salvatoris mundi ille antiquus Székely Góbé? Quae sit demonstratio miraculi, quod in Jacob exoriebatur stel-

Matth.2.1a,qua reges Paganorum, magi ex oriente ad quaerendum regem Iudeae-
2. orum movebantur et ducebantur, quae stella maximum ornamentum et
decus erit beatorum, quae a maximo Imperatore Jesu Christo in pec-
Apoc.2. tus eorum annexetur illis, qui vicerint et custodierint usque in
28. finem opera Domini Jesu Christi, qui se idem esse praedicat cum ea
stella dicens: „Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis haec
"22.16. in ecclesia; Ego sum radix et genus David, stella splendida et matu-
tina." Cardo huius quaestio[n]is sine dubio in prudentia vertitur,
quia astutiam, calliditatem modo superfluo proferebant et Cretici,
valde notorii in hoc genere et Graeci et ceteri ethnici, nihilomi-
nus hoc ingenium nusquam similem messem fecerat, non est adepta pa-
rem approbationem et aequales honores, quam perspicacitas Jacobi.
Haec prudentia corporis potuit quidem afferre bona temporanea, the-
seuros et divitias, sed nunquam fuit fons bonorum supernaturalium.
Simili prudentia operabantur et aequales Christi: scribae, pharisaei
et hypocritae Iudeorum, nec tamen participabant benedictionem, e
contrarie imprecationem et damnum in se converterunt et dissipa-
tionem gentis suae. Ergo alia prudentia erat causa electionis Jaco-
bi, et quidem illa prudentia, quae non ad bona caduca, sed ad thesa-
ros vitae aetrenae vertit totum animum suum.

Honor et magni aestimatio idelitatis; supplex et demissus la-
bor faciendi Verbi efficit in Jacob id, ut in locum venationis va-
gæ eiusque incitationum potius in solitudine tranquilla taberna-
culi domestici quaereret oblectationem suam, propterea color cutis
suae albus manebat et non torrebatur ardore solis in rubiginosum
colorem; corpus eius non est factum pilosum, quam hedulorum, quamob-
rem magis gratificaretur matri, quam primogenitus filius: Esau. In-
genium intelligentiae Jacobi erat, quod a fratre suo emit ius primo-
genium, a homine sensuali, ab Edom floccia estimatum; ergo privilegium,
a maiore natu contemptum a minore prudentia et formula pacti ac-
quisitum est. Quo pacto et spem suam in benedictionem paternam col-
locavit et legitime contendit de piis votis, et tempore adventato

Gen.25. non spontaliter arripuit ius suum lucratum, sed matre iubente usus
23. est occasione, mater vero divino instinctu ceperat haec consilia.
Astutia ergo illa, quae in hac tractatione ita videtur, non ad bona
temporanea et terrestria dirigebatur, nec recte astutia et callidi-
tas nominanda est, sed prudentia divina, quae et a Domino Jesu Chri-
Matth.25. sto laudabatur in parabola de virginibus prudentibus dicta, et haec
Luc.10. Matth.6. prudentia, quam pars melior extollebatur a Domino in natura contem-
33. plativa Mariae et postulatur in quaerendo regno coelorum.

Ex his sequitur nihil esse astutiam, quod ad acquirendas res di-
vinas vergat, sed prudentiam, quoniam et Didascalus hominem sapien-
Matth.7. tem dicit, qui voluntatem Dei fecerit i.e.ad cinosuram paecepto-
24. rum Salvatoris vitam suam direxerit. Hoc diagramma morale minime est
astutia, sed prudentia, sapientia et intelligentia, virtus cardinalis,
contraversum qaestui in rebus terrestribus facto adiungitur falla-
cia et quavis forma astutiae et calliditatis atque imago, qua fi-
Luc.16.8. lii tenebrarum et mundi superant filios luminis, quamobrem et odi-
untur a dolosis aspicientibus prudentiam sanctorum. Suspiciones in
vaframentum Jacobi eventualiter collocatae iam initio excludeban-
tur amore matris dicentis, ut odium fortuitum propter modum acqui-
sita benedictionis ortum imputetur matri et non filio dilecto.
Quando autem relinquere oportuit gratus „Székely Góbé” paeamatum
domesticum incolatum et solo comitante baculo viatorio peregre ab-
eundum erat, spes unica eius in Domino collocabatur et etiam in so-
litudine semper cum coelestibus erat eius converatio et oblectatio
in somniis et vigilanter, ex quibus excitatus primissime in exstru-
endo altare Domini occupabatur; domicilium autem solitudinis tran-
quillum Betel denominavit. In silentio solivagationis cum Patre
colloquens servitia suscipienda Domino obtulit decimas pollicitus
ex omnibus lucris praeter ea, quod cultum et exinde sine intermis-
Gen.20. sione propense exequetur externum et internum scl.in paterno domi-
an.7. cilio exercitatione assvefactum.

Cum demum qaestum facere incepisset in agricultura modica, non
pingues litterae conventionales impendebant ante oculos eius, sed
amor propinquitatis, et ex sinceri amoris ardore seviebat septem
annos villico suo pro filia eius formosa, Rachel. Hoc servitium dein
large donabatur paeemiis a Deo Jacob i.e. amantissimi „Székely Góbé”
quandoquidem pauper colonus, Laban, Jacobo laborante mirum in modum
locupletatus est, ast non vaframentis speculatoriis, sed scientia
secretorum naturae et cura rerum domesticarum. Nihilominus a viro
doloso oecono cum terrestribus bonis ludenti valde deceptus est
conditor facultatum, Jacob, tempore scl.transacto servitii in locum
pacti stipendi non amasiam acceptam dederat ei nuptum, sed huius
sororem lippam, Liam ita, ut vir fanaticus ulterius deberet servire
pro Rachel. Et perficiebat hoc novum septennium quoque sine murmu-
ratione, quia vere dilexit Deum suum, propinquos suos et amasiam
suam, Rachel. Non erat ergo opus facile benedictionem acquirere, non
labeantur illae in sinum otiosum, sed viriliter erat pugnandum et
conflictandum pro illis cum ipso angelo Domini. Et certavit tota
nocte, et arripiens non dimiserat angelum, dum benedictionem acci-

Gen.32. peret. Quamobrem praemio afficiebatur ad nomen prius usitatum, Jacob
28. significans: defraudavit, calcem tenuit, accipiens praenomen Israel,
ne postea quisquam prudentem Góbé dehinc astutia stigmaret.

Et ex hac brevi descriptione elucescit splendor nobilis ingenii Jacob, ex quo evanescit et vestigium vaframenti, nequitiae et astutiae, magis primo loco ponitur pretium verum et praestantia virtutum eius, quae donis Spiritus Sancti determinentur scl. timore Domini, sapientia et intelligentia, consilio et fortitudine, scientia et pietate. His investitus quaesivit in toto curriculo vitae suae pri
mum regnum Dei, quibus adjiciebantur supervacuo bona terrestria quoque. Ergo si Hunnosiculi respondere velint patri atavo, Jacob atque interpretationi clarae de "Székely Góbé" factae, tunc prudentia patriarchae est imitanda et induenda, quae eis ex propinquitate ad sacerdotium Christi legitime conveniat, quoniam modo hac virtute adiuuante est possibile ex fluctibus maris rubri scl. communismi evadere in continentem, ubi templum stellae Jacobi refulget. Hoc modo et ceteris gentibus monstrabunt rectam viam prudentiae, cum iam cunctae nationes Christianae in statum apostasiae reperiantur. Sine his virtutibus scl. nec ipsi Sicani possunt mitigare miserias multas societatis suae probante facto, quod simplex quaëti uncula ancillarum Siculissarum nec a magna quidem Kaláka Matrum soluta esset, licet maximam astutiam et calliditatem adhiberet sensualis "Székely Góbé"!

Certe huius prudentiae excolendae causa custodiebatur haec minima gens Sichemitarum a Providentia divina inter tot pericula migrationis in cursu millenniorum mirabiliter ab interitu ita portata sub alis Dei, quemadmodum gallina occultat et servat sub pennis pullos suos. Etiamsi Dominus saepius pollicitus est Judaeis Chanaeos deleturas esse ante faciem Israel; et quamquam vestigia ceterarum gentium germanarum de facto delebantur ex multitudine populorum : ad eos pertinentes Hunnosiculi tamen conservabantur a Domino. Immo in separato apparatu rerum civilium, regni, iurisdictionis vectigalium et ceterarum consuetudinum distinete terebat tempus suum gens Sicana usque ad annum 1848^m, quando comitia Transsilvaniae, in quibus Siculi illustres p̄tes agebant, unionem i.e. coniunctionem politicam cum Hungariadeclararent. In antiquo Testamento portatur memoria Sichemitarum; scripta Moysis, Josue, Iudicum, Regum, Prophetae, Psalmi recordantur illorum atque evangelia omnibus testibus Sicanos in gratia esse apud Deum non secus ac Judaeos, hos quidem propter patres, illos auten propter Christum. Hunnosiculi non adnumerantur Judaeis, controversum graviter distinguit eos s. Paulus a Judaeis et tota revelatio. Ergo non ad Hebraeos, sed ad Paganos per-

tinent, inter quos tamen distincte tractantur a Domino, scil. ut sint ad numerum minimi inter ethnicos, ad privilegia tamen proxime afferuntur ad Filium Dei, ad ISH secundae personae.

In opere quidem grandi redemptionis partes Iudeorum, doctrina regni et imperii ac circumstantiae eorum multo magis ad oculos ponuntur, quam dogma pontificatus et res externae Hunnosiculorum, sed haec app^apritio facile intelligitur ex verbis et factis divi Magistri miracula facientis cum pauperibus et semper admonentis eos: hoc autem nemini dixeris! A Deo scil. omnia in suo tempore proferuntur, quamobrem nec Salvator fecerat suum primum miraculum momento prius, quam hora determinata advenisset, licet Mater personaliter rogaret Filium ad vinum creandum. Propterea et actio redemptoria Christi sine strepitu tympanico in cursu tacito vitae civilis gerrebatur, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, di-
Matth. 12. centem: Ecce puer meus, quem elgi, dilectus meus, in quo bene compla-
17-19. cuit animae meae. Ponam spiritum meum super eum, et iudicium genti-
bus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. "Haec descriptio electionis praecclare acco-
Iudic. 14. modatur et electo puero Hunnosiculo et ecclesia interpretante: "Si
an. 4. Deus gratiam dederit, custodi eam in secreto et dabis gratiam Do-
mino favens linguis!"

Annales Siculorum fabulantur de historia paterae vicissitu-
dine plena sua. Neglecta aestimatione historica huius fabulae ve-
rum est narrationem hanc vixisse in vita religiosa Sicanorum, velut
omnium Scytharum testibus simulacris antiquissimis hanc pateram
portantibus. Haec autem pars fidei cohaerere videtur cum pontifi-
catu pristino Sichemitarum. Vicissim sub Chronosticon „Siculici-
dium" notum periculum mortis de Mádéfalva, in quo ducenti Siculo-
rum occisi et quadringenti eorum capti sunt, demonstrat Hunnosicu-
los interdixisse delectum militare illegitimum. Hoc pragma autem
argumentum videtur esse privilegii, quo clerici liberarentur a ser-
vitio armis faciendo et in antiquo Testamento. - Secta sabbatariorum
quae ex liberalitate et opere divitissimi nobilis domini Siculi
oriebatur, teste historico adeo corroborabatur inter Hunnosiculos,
ut tantum pressionibus persecutionibusque rigorosissimis reprime-
retur. Thomas Pécsi, vir magnis opibus praeditus, cancellarius Trans-
silvaniae scientiam et auctoritatem suam causae sabbatariorum de-
dicaverat, et litteraturam praeclaram et gregem amplum fidelium
comparavit. Quamvis persecuciones adversitates multas pararent
his schismaticis, tanto maiore fanaticismo exercebat religionem su-
am emigrantes et domi remanentes. Bözödújfalu autem hodie quoque

nidus est huius sectae, in qua inconcusse sustinet se sic dictus Christianus Judaeismus. Et quamquam in manibus eorum friget haeretique agricultura, et hac re argumentantur sabbatarii maiorem animadversionem sacrare culturae legis, quam agriculturae.

Hac apparitione mentali confirmari videtur factum historicum, quod in Palestina coniunctim habitabant olim Sichemitae et Hebraei, respective Samaritani et Judaei. Sub hoc influxu mutuo naturali et spirituali iam ibi oriebatur factio Samaritana accomodans se ad leges Moysis simul retinens singula praecepta cultus Paganorum. Similiter et in Transsilvania coniuncte habitant Sichemitae-Siculi et Judaei, a quibus acceperant instructiones legis Mosaicae applicantes illis et doctrinas religionis Christianae. Haec congruentia typica mentalitatis popularis est argumentum ponderosum eiusdem originis quoque.

E longa seria appariturarum ea proportione multiplicantium, qua quis magis magisque mergatur in considerationem huius quaestio[n]nis, duas desideramus annotare scl. papatum Petri et dialogum de Sicar. Constat enim Petrum fuisse rupem in oculis Domini, quae adeo corroboraretur, ne portae inferi praevaleantilli. Vicissim de hoc Petro, qui beatus dicebatur a Didascalo divo, et cui Jesus tradidit claves regni coelorum, et cuius curae donavit pastum gregis fidelium, et quem ad contum gubernaculi navis ecclesiae sedere fecerat Christus: de illo viro excellenti scimus, quia non erat Judaeus, sed alienigena. Simon, Bar Jona, piscator erat de Betsaida; ipsum oppidum ripae bor-

Matth. 4.
an. 22. reali adiacebat maris Galilaei. In Galilaea autem maiore numero ethnici habitabant, inter eos sparsim et Judaei. Et hi Galilaei testibus scriptoribus gentem Hunnoscythicam pertinebant. Animus alienus

Petri adeo excutiebatur e loquela et habitu corporis Iudeas, ut a simplicibus servis et ancillis Hebraeis statim pronuntiaretur haec insolentia, ubi primum aspicerant illum et sermocinari inceperant cum eo, quemadmodum hoc ab evangelistis imprimis praedicatur. Ceterum hanc rem ipse princeps apostolorum personaliter testificatur in sua allocutione ante electionem Matthiae apostoli ad discipulos Iesu habitam dicens: „Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusa-

Actus. 1.
19. lem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum, Haceldama, hoc est ager sanguinis." Si ergo Petrus generis Judaei fuisset rationaliter modo sic debuisset loqui: „Secundum linguam nostram," sed quoniam minime putavit se Hebraeum i.e. natum gentis illius, de qua Iudas Iscariotes ortus est, hanc sententiam graviter sic expressit: „Secundum eorum linguam."

Itaque plus, quam verisimile est Simonem, Barjonam, virum Sichemitam fuisse; Si etenim Salvator noster pontificatum suum de hoc

populo voluit suscipere, tunc sacerdotibus secundum ordinem Melchisedech menti et rationi convenienter profecto Sichemitam praefecit. Cura enim Domini nostri Jesu Christi ad exiguitates omnium partium extensa hanc rem maximi momenti certissime plasticam effecit hac electione; Judaeum noluisse eo collocare exinde sequitur, quia tunc et sacerdotium secundum ordinem Aaron suscepisset Jesus; ut autem ethnicum alii generis poneret in Sedem Apostolicam, iterum inconsequentia videretur: non relinquitur ergo aliud, nisi primus papa, qui ordinem seriemque infinitam sacerdotum secundum ordinem Melchisedech panderat, vir Sichemita sit. Redemptor noster, post mirificam multiplicationem panis diligentia attenta observabat et micas minutissimas cibi: num oblitus est placentarum foliatarum? i.e. in eligendo principe sacerdotum secundum ordinem Melchisedech causae gentilitatis? Difficulter imaginari potest haec suppositio. Verbum Jesu Christi s. ecclesia docente vox est spiritus multigena, quae in omni relatione efficitur, ex omni parte cote exacuta gemma, cuius radii longe latentesque splendent. Sequenter haec electio sine ulla conditione et in causam Sichemiticampapatus coniicit radios suos arcanos.

Matth. 20. an. 5.

Joan. 4. an. 3. Dialogus autem Sikarius ea ratione, quod Sikar antiquitus Sichem nominabatur, sine vitio colloquium Sichemiticum quoque nominari potest. Si vero a Domino clementissime approbabuntur explicaciones nostrae, tunc dialogus de Sichem etiam recte dialogus Hunnosiculus inscribetur, qui non solum admirationem apostolorum exsolverat, sed etiam ante fideles maxime miranda loqua est Domini ex omnibus locutionibus Eius tam pro sancta simplicitate, quam profunditate ima. Hiccine praecipue relationes Sichemiticas cupimus fide et charitate extollere. Mulier enim Samaritana, quae aquam rogabat a Domino, proprie Sichemita erat, quia secundum interpretationem ecclesiae de Sichar venerat. ad puteum Jacobi aquam haurire, ubi Salvator defessus labore aliquantulum conquiescere consedisset, dum discipuli in urbem profecti sunt aliquid ad manducandum acquirere. Jesus in hoc colloquio aperte et directe revelavit se huic mulieri dicens: Ego sum Messias, qui tecum loquor. His in aeternum memorabilibus vocibus ab exegeta haec interpretatio praeclara annectitur; „Jesus tam dilucide non revelavit se Judaeis. Cor minime suspectum et promptum huius foeminae dignum factum est ad hanc fiduciam, et Samaritani facilius ad credendum perducebantur adventum Messiae et persuadebantur de veritate, quam Judaei.

Joan. 4. an. 20.

Et qua comitate ac divina affabilitate honestate est haec scele-rata mulier a Salvatore, adhuc altiore honore dignati sunt viri Siche-mitae ad Eum concurrentes, qui statim properabant ad puteum Jacobi videre prophetam, cuius adventum Sichemita iuxta narrationes apostoli adhuc ferventiore ardore exspectabant, quam suspicaces Judaei.

Femina paupercula Sichemita scl.prae gaudio oculis observati prophetae, immo maioris i.e. Salvatoris mundi, apud puteum relinquens Jesum exaltata cucurrit in urbem nuntiatum incolis , fortunatis et afflictis referens prodigium magnum, et illi nihil titubantes gregatim festinabant ad puteum Jacobi, ubi interea et discipuli revertebantur ex urbe. Tunc dixit Rabbi divus discipulis suis: „Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem." Haec verba sic interpretantur ab ecclesia sancta: „Levate oculos vestros! Similiter ad hanc sementem maturam veniunt incolae de Sicar animo propenso ad me ita, ut vos eos, velut fructum maturum colligatis in ecclesiam, et curare ac custodire possitis in vitam aeternam. Scl. Joan. 4. 35.

"an. 24. eodem momento, cum Jesus haec dicere incepisset, ferebatur cumulatissime ^{turba} ex Sicar ad Jesum. "Clementia Salvatoris erga Sichemitas vel Samaritanos et ex actione sequenti elucet, quoniam Sichemitis preventibus indulgens Didascalus divinus adhuc duos dies permansit inter eos. Tantus amor erga Sichemitas monstratus illa re illustratur ab ecclesia sancta, quod Judaei nec contra cuncta prodigia et signa revertebantur ad Salvatorem, vicissim Sichemitarum et sine miraculis fidem eximiam ostendebant. Sic veritas semper pectore bonae voluntatis indiget; si ad hoc prope accesserit, statim accipitur ab illo."

an. 28.

Sanatis decem leprosis, qui a Salvatore ad sacerdotes mittebantur, ut ostenderent se illis, tantum unicus reversus est gratias agere Deo pro miranda sanatione. Et hic solus: Samaritanus=Sichemita e-Luc. 17. 18. fat. Huius fidem extollens Jesus dixit: „Non est inventus qui rediret et daret gloriam Deo nisi hic alienigena." Ecce et hic casus, haec enuntiatio quoque ad laudandos Sichemitas facta est, ut in operibus Salvatoris, ut declararet suam specificam propensionem erga hos ethnicos. Haec est clarissima comprobatio animi incorrupti Sichemitarum, qui etsi obscuraretur infirmitatibus humanis, at minime pessundatur, quam spiritus hypocitarum, scribarum et pharisaeorum. Hic annotandum est adhuc propter relationes ethnicas et geographicas provinciam Samariam inter Judaeam et Galilaeam sitam esse, urbes habentem principales: Samariam a Somer illius principe sic dictam, feracem arborum frugumque, et ab illa non longe abest versus meridiem: Sichem a conditore illius Sichem sic dicta. Nomen Samariae vetustius erat: Somron, ductum a filio Chanaan : Shomir, huius erat frater: Het, patriarcha Hethitarum = Cethitarum i.e. Scytharum.

Haec omnia signa concedunt conclusionem, quia Dominus revera unam separatam gentem voluit et vult Sibi erudire in Sichemitis pariter, quam in Judaeis, licet ambae alias partes acciperent in opere

grandi redemptionis. Hoc pragma et consilium scilicet quatenus Deus de facto non solum singulas animas, sed etiam populum totum vult Sibi educare sic exprimitur ab apostolo magno Paganorum modo perperam non interpretabili: „Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum." Eodem sensu loquitur et archangelus Gabriel praenuntians nativitatem Iohannes annis his verbis: „Erit enim magnus coram Domino, ... et ipse praece-
tit. 2. 11-14. det ante illum... ut convertat corda patrum in filios, et incredulos
Luc. i. 11-17. ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam."

Illa apparentia quoque, quod gens Hunnosicula minor est, quam Judaea, signum est eius electionis maioris, cum semper ~~vel~~ in omnibus vilibus abscondantur semina a Deo rerum Eius magnarum, velut haec praxis divina a Salvatore multis parabolis demonstrabatur, ab apostolo autem sic describitur: „Videte enim vocationem vestram, fratres quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes non multi nobiles: sed quae ~~est~~ sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius."

Eadem regula modo sequenti circumscribitur ab ecclesia sancta: „Minimi gratiis maximis dignabuntur" et Christum statim sequentur coelos introeuntem. Sic iterantur assidue res gestae gentium, ut gigantes in regnis et hominibus saucii corruerent jaculante unico funditore et evanescant ex vultu terrae, dum semen parvulum sinapis in arborem altam crescat.

Loci innumerabiles litterarum probant Dominum non solum sacerdotes sibi eruditum esse sed etiam universum populum; hic est proprius et principalis scopus, cuius tantummodo media et auxiliarii sunt sacerdotes externi in manu Domini, ut populum instituat Sibi et huius metae optatae semper iteratus versus est hic: „Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum." „Et Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, ut custodias omnia praecepta illius: et faciat te excelsiorum cunctis gentibus quas creavit in laudem, et nomen, et gloriam suam, ut sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est." „Et

Levit. 11.44. Ezech. 39.7. scient gentes quia ego Dominus sanctus Israel," Quod autem dicitur Hebraeis, idem dicitur et Paganis specifice vero Sichemitis i.e. Hunnosiculis. Pleno sensu congruit ergo consiliis divinis confessio, quatenus et in gente Hunnosiculorum specifice instructum populum velit Sibi Dominus parare non secus ac in stirpe Hebraea. Luce clarius exprimitur hic sensus in principis apostolorum verbis: „Vos

Psalm. 67. an. 46.

1. Cor. 11. lilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea 1, 26-29. quae sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius."

Deut. 26, 18. 19.

26, 18. 19.

Ezech. 39.7.

autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, Qui aliquando non populus, nunc autem populus 1. Petr.
2,9. Dei." Et quae singularis et admodum notabilis apparentia est in vita Hunnosiculorum, haec figura etymologica: „populus Dei" hodie quoque portatur et praedicatur de Hunnosiculis in nomine: „Gyergyó" derivatum rectius idem etymon ac Hebraicum: „Jerijoh" iuxta supra dictam explicationem. Si haec regula pertineat ad omnes ethnicos in fidem Christi receptos, quanto magis debeamus hanc vocationem Hunnosiculis referre scilicet populo, qui iam primitius bis mille annos ante sanctissimam incarnationem Verbi a Domino nostro Jesu Christo ad semet ipsum elevatus esset per sacerdotium secundum ordinem Melchisedech.

Caput nonum .

DE IURIBUS ET MUNERIBUS .

Fons iuris consuetudo, ius Romanum, natura, potestas et aliae species mentis determinantur a iuris peritis. Attamen fons purissimus et caput cuiuscunque actionis iuridicae est voluntas Dei, cum proprie exinde oriatur qualiscunque labor et opus humanum. Nihilominus hic fons iuris naturae maxime conveniens in oculis mundi minime animadvertisit, et in legislatione civili vix vestigium reperiatur eius sacramenti. Novissime autem inundata cogitamenta teoriarum sociologicarum, praecipue communismi, detergere conantur de tabulis vitae et conscientiae omnem legem divinam. Hic indecorus cognatus moleste animadvertisit in deformatione vitae socialis, quae magis magisque comprobant sine legibus divinis nequire societatem humanam existere, cum in rebus publicis a legibus divinis aversis inconsequentiae, caedesque mendaciaque usque ad delirium augeantur ita, ut quaeviis consociatio naturaliter producta suapte corruat. fribiliter; miseriae ac tribulationes exclusive legibus divinis arcuntur. Haec veritas et ius legitimum sic exprimitur ab ipso Salvatore:

Joan.10. "Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant." Hic versus largiter explicatur ab ecclesia scribenti: „De iudicio arguitur mundus, si viderit satanam lapsum magis magisque comprimi in angustiores circulos, machinationesque eius scilicet errores, nequitias, idolatriam et exinde ortam miseriam extendente meo imperio gradatim evanescente." Ergo consequentia causaria est legis divinae, manu Christi datae gradatio salutis felicitatisque; vicissim neglecta illa lege processus necessarius et sanctionalis est deminutio beatitudinis. Haec

causalitates legitimae particulatim immo quasi patho poëtico proferuntur capite certo complexis benedictionibus et imprecationibus Deut. 28. legi divinae adiunctis. Hoc factum ergo potestate codicillari ea regula circinatur, quod leges divinae felicitatis materialis et spiritualis causa ferebantur terrestrium, propterea hae leges fontes iuris purissimi simul saluberrimi aspiciendi et accipiendi sunt in legislatione civili quoque. Probatur ceterum haec explicatio vita practica in exemplo Judaeorum, qui scil. exclusive e schola legis progredientes in arenam vitae civilis, mirabiliter locupletantur ita, ut in administranda lege divina imbecilliores Christicolae in certamine libero non possunt cum illis pari gradu procedere. His omnibus adnumerantes id, quod in tempore Apocalypticus miseris moralis et materialis non solum calamitates corporis, sed etiam omnem con- Matth. 24. ceptum humanum superabit, tunc persuasissime cohortari possumus, ut an. 9. legibus divinis animum graviorem advertamus.

Hanc normam generalem mente tenetes fovente spe non rrabimus neque peccabimus, si mores sequendos et vocationem Hunnosiculorum ex his principiis supernaturalibus deducimus. Ecclesia scil. sancta infallibiliter docet Dominum nostrum Jesum Christum, Legislatorem magnum et unicum, non secundum ordinem sacerdotii Judaei assumpsisse in suam SS. Personam pontificatum suum, sed secundum ordinem Melchisedech; indubitatum est porro, quia lex liturgica Mosaica neque post conversionem communem Judaeorum lapsorum renovabitur a Deo, cum definite annihilata esset. Certum est etiam hunc Melchisedech sacerdotem fuisse Sichemitarum, qui a Salvatore hoc modo ordinanti in eandem propinquitatem elevati sunt ad Christum, quam Hebraei: quamobrem Pater coelestis partes gravissimas tribuit Hunnosiculis non secus ac Judaeis. Certum est etiam cardinem vocationis Judaeorum esse potestatem regiam Christi, ut in mundo materiali procurarent; eadem ratione potestas pontificalis Christi cardo et fons est pensi illius, ut Hunnosiculi in vita animae et spiritus ministerio fungantur. Non est dubium ulterius, quin negotium vocationis sacerdotalis

Malach. sit studium et cura legis: „Labia enim sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius." Non est dubium sane, quin executio legis non sacerdotii externis moles, quoniam non ad hoc opus faciendum acceperat a Christo legislatore potestatem, quo circa nec posset hoc opus efficere lubentissime volens. Indubitatum est etiam munus et officium legis perficienda i.e. studienda et exercienda ad sacerdotium internum aliter Ordinem Laicum i.e. ad societatem legibus divinis ordinatam pertinere. Tunc indubitatum est pondus legis divinae solummodo a toto populo portabile esse, quo circa populus to-

tus i.e. universitas gentis debet legem perficere, si cultui divino liberaliter ac munifice velit servire, non solum negligenter, affectate ac formaliter solum nomen christianum assimulans. Hic labor gravis postulatur a lege ipsa et primissimo mandato eius: "Diliges Matth. minum Deum tuum ex toto corde tuo, et in ~~tota~~ anima tua, et in tota 22.37. mente tua." Ergo ex omnibus facultatibus corporis, spiritus et animae Rom.13. atque rei publicae! Plenitudo autem legis est dilectio: ergo evidens lo. est, quia non possumus Deum vere, ex toto corde, ex omnibus viribus diligere sine servitio Legis. Itaque Hunnosiculi instar hominis unici se adiungere debent servitio Legis, si gens digna velit esse reverendissimi atavi Ish, sacerdotis Melchisedech, et in pontificatu eius eadem mensura velit particeps esse, qua mensione participant Judaei regnum Christi.

Facillime possit hic opponere aliquis totam ratiocinationem falsam esse, cum ecclesia sancta evidenter doceat: ad versiculum Apocalypsis hanc annotationem scribens: "Levi saepe non commemoratur inter tribus Israel, quia in servitio altaris occupabatur. Hic tamen, Apoc.7. ubi de Christianis agitur, una cum ceteris principibus commemoratur, an.6. cum in Christianismo servitium altaris non reservetur singulari populo vel gentis."

Ad hanc oppositionem respondemus in veritate Christi doctrinis ecclesiasticis se accomodantes: 1/ Electio Hunnosiculorum non ad ipsum servitium altaris solum i.e. non ad sacerdotium externum, sed ad sacerdotium internum i.e. legem divinam adimplendam refertur. 2/ Si servitium altaris deferri quit ad quemque masculum sine aspectu gentilitatis, qui dignus inveniatur a magistratu legitimo ad hunc honorem, et hoc munus tantummodo secundum ordinem Melchisedech, ergo mediis Hunnosiculis manat in sacerdotium externum. 3/ Si hoc sacerdotium cuilibet committi potest, tunc primo ordine illis, de quibus hoc sacerdotium sumebatur, velut hoc a sana mente dictitatur. 4/ Cum tamen sacerdotium interpretante ecclesia sancta in sacerdotium externum et sacerdotium internum distribuatur; cum munus sacerdotii externi i.e. ordinis clerici in servitio altaris et templi ponatur, vicissim pars gravior cultus divini scilicet servitium legis sacerdotio interno i.e. ordinis laico tribuatur; cum demum utrumque sacerdotium secundum ordinem Melchisedech nominetur et sit magistratus legitimus ecclesiasticus: ergo hoc sacerdotium internum ex electione primaria Hunnosiculis competit vinculis beneficij divini obligans hanc gentem Pontifico secundum ordinem Melchisedech, ut sit praecursor omnibus gentibus in lege fideliter administranda.

Itaque si executio legis divinae populum velut unitatem obliget; si ad has partes gens Hunnosicula ab ipso Patre coelesti singulariter ab ovo vocata et electa esset; si elementum civile hius

gentis sit sacerdotium internum; si executio legis solummodo studen-
do et exercitando adimpleatur, ut eadem causa legitima conspiciatur
in usu legis quoque, quae aspicitur in compositione legum: tunc cau-
saliter sequitur, quod huic vocationi et electioni solum per confor-
mandam vitam civilem ingenue respondere:
^{quimus}

Aperte probatur enim fluxu viae Christianae hucusque reper-
to sine attento servitio legis tantummodo talis simulatus christia-
nismus exoriri in qualibet generatione, qui a pastoribus et ductori-
bus ecclesiae sanctae continue redarguitur, et in vita spirituali
semper procreatio uberior postulatur. His legibus vitae, quoniam so-
lum harum auxilio firmatur vita in postulatis materiae et spiritus,
sane illa universitas exstruenda est, in qua non solum scientia, sed
etiam actio legum adiuvetur et confirmetur hominibus ^tquiuscunque
ordinis, generis et aetatis, vel aliter fando haec sc̄ola universi-
tas scientiarum et actionum esse debet. Talis apparatus ex rei na-
tura, non secus ex propositis divinis vim totam et facultates cunc-
tas legis servandae causa electae gentis postulat ac exhaustit ita,
ut in legibus occupata gens non habeat tempus aut media in aliud
opus vacare, exclusive a legē divina circinatis rebus, quae vicis-
sim abundantter satiant cuncta desideria naturae spiritualia et ma-
terialia ita individuorum, quam populi universi. Hoc modo tractatis
legibus iam a tironibus persuasissimum erit hominem posse beatum
esse et sine furto, sine latrocincio, praestigio, homicidio, mendacio,
incestu et sine ullo bello, immo exclusive accurata executione le-
gis divinae potest esse profecto et sempiterne beatus.

. Ecce vocatio et electio Sichemitarum, ut in negotio legis divi-
nae exemplum statuant omnibus ceteris nationibus, gentibus, tribubus,
generationibus et linguis, Judaeis et Paganis, et in hoc campo ac-
tionis duces sint viae et itineris primi tramites aperientes Dei,
quemadmodum propugnatores primipilarii erant olim regum Hungarorum
atque exercituum, et custodes hodie quoque partium orientalium Sanc-
tae Coronae Hunnorū. Et si interpretationes legis divinae dicant
omnia in figuris accidisse rebus futuris, tunc etiam in hunc sensum
invenitur comprobatio huius legis in vita Sichemitarum, quoniam et
nunc suspirantes recordantur scriptores docti temporum, quando in
libertate et paritate vivebat populus Sikanorum duce lege divina.
Non datur igitur alia resolutio et consequentia in sorte formanda
Hunnosiculorum, modo haec, ut posteri Sichemitarum una cum Hunnis ra-
tionem habentes ante faciem Dei suarum causarum, huic vocationi di-
vinæ satisfacere conentur. Huius metae arripiendae causa populus
Hunnosicus imprimis immunis reddenda est ab omnibus serviis
civilibus quad relationes ceterarum gentium, et vadimoniis interna-

tionalibus impetranda est a consociatis gentibus status ille politicus, quo in omnibus circumstantiis confirmetur tranquilla actio legis divinae eiusque a nemine cinturbaturus naturalis fluxus. Velut gens sancta et sacerdotalis, populus legiphorus pontificatus Christi, solvenda est imprimis a servitio militari, ut demonstretur et comprobetur ante mundum possibile esse etiam in armatura Dei et quidem meliore eventu certare pro vita, veritate ac omnibus rebus, pro quibus homines bella gerere consuescant atque gentes invicem se aggredi. His exequendis nihil obstat insolentiae vel impossibilitatis, si computamus existere pumilia regna, quam e.g. Monaco, Andorra, quae singillatim nonnullis milibus incolarum imperium independens formant, quorum neutralitas et separata independentia a magnis potestatibus asservatur, licet nulla præstantior causa eo minus argumentum supernaturale detur disiunctionis eius. Si ergo possit sustentari res publica pumila ideo, ut eam divites aleae ludendae causa frequentent, tunc nihil mirabile vel modum excedens phantasma est in eo conatu et studio, ut populus iste, qui consanguinea progenies est inter Christianos pontificatum Christi symbolisantis populi, in sodalitate religiosa, quae Christum confitetur esse suum Dominum et Deum: dignum tentorium instruat huiusce pontificatus ex omnibus viribus et facultatibus regni sui.

Huiusmodi idæe commoda, quod in legibus divinis sit depositum legitimum postulatum et munus, sine dubio et exceptione omnes imperatores Christiani adiuvabunt, nisi subditi cives horum regnorum Christum modo figurate acceptent conditorem religionis suae, sed de hac re plenam er sinceram persuasionem habeant. Imprimis naturaliter SS. Sedis Apostolicae Pater implebitur laetitia pia surrectione eiusmodi regni, quae palestra simul schola exemplaris sit servitii legis divinae, ut cernant omnes gentes doctrinam Christi non esse philosophema inane vel vanum phantasma, sed fontem verum aquae vitae susurrantis, qua satiantur abunde cunctae aspirationes legitimae vitae terrestris et coelestis ad normam voluntatis Dei. Signum decens protulerat eiusdem spiritus in tempore et Gubernator noster ultimus, Horthy constituens negotium comitorum elaborare formam tractandi rerum publicarum, in qua congressu praeside Beatissimo Patre habendo humanner, excluso bello solvant mandatarii imperiorum controversias. Quo altero modo adiuvabitur magis tam sublime propositum, quam libera, separata, ab omnibus aliis debitibus muneribusque soluta gente, quae gens ipsa divina dispositione ad has partes vocata et electa esset iam primitus, ut portet et administret leges ad instruendas ceteras gentes. Sine enim leges divinas vanas ineptias ac inertiam psychologicam esse inter homines quamvis pacis affectationem et ex comperi-

entia sequitur, quia his legibus neglectis causaliter dissensiones, turbulentiae, mortus et decadentia oriuntur ubique locorum.

Ecce sacerdotes externi secundum ordinem Melchisedech omissa vi ferri exclusive scriptis revelationum divinarum incumbunt animo toto ad convertendos Paganos, ut vi verbi fascinantis lucentur eos Domino Christo, et sic hi filii Abrahae fierent per reprobationem: et hi feroce ethnici convertuntur ad Christum! Quomodo enodatur tunc hoc mirum aenigma fidei, ut in confessione Christi nati ac erudit fideles iam milia annorum terentes et Paganos pudefacientes in mutuum odium et exitium rapiantur? Huius apparentiae unita explanatio est id, quod sacerdotii secundum ordinem Melchisedech solum pars externa operetur, pars autem gravior i.e. sacerdotium internum dormitat vel forsitan iam plane mortuum sit. Ex hac experientia deducitur regula: sacerdotium externum potest convertere Paganos, sed sine labore sacerdotii interni Paganos Christianos factos impossibile est ab apostasia a Christo liberare ac in fide Christi conservare.

De ordine laico etenim haec scribuntur breviter ab ecclesia sancta: „Domus Aaron Ordinem Clericum significat, domus Israel Ordinem Psalm. Laicum. Vera ecclesia nunquam fuit ex aequalibus membris constructa 113. an. 12. societas." Porro: „De Hebronitis Hasabias et fratres eius, mille septingenti praerant Israeli.. in cunctis operibus Domini et in ministerium regis," scl. secundum interpretationem ecclesiasticam „in iustitia curanda et in ceteris rebus publicis ac negotiis, quae ab Is- Paralip. 26. 30. an. 23. raelitis instar cultus divini habebantur, quia Deus erat eorum rex." Porro: „Populus Israel symbolus erat totius generis humani, propterea Luc. 10. et illi praefecti Hebrei prototypi erant graduum magistralium in an. 1. universo regno spirituali Christi." Porro: „Haec relatio mentalis supranominatarum rerum non magis ad libidinem est facta, non plus argutiae et dicacitatis sunt scurriles, quam haec atque cunctae res vitae Israelitarum publicae et ecclesiasticae non fortuita, sed necessaria cohaerentia sunt cum Christo et gratiis Eius. Haec necessaria continuitas enim natura rerum occultatur. Postquam scl. non est datum aliud nomen sub coelo, in quo homo salvus esse possit, quam nomen Jesu Christi; non alia institutio salutis, quam religio Christiana: ergo quaevis regula et ordinatio, quae a Domino ad salvandos 1. Cor. 10. an. 2. Hebraeos constituebatur, Christianam significationem oportuit habere, semen et mentem Christianam debuit in se continere." Ergo quemadmodum administratores sacerdotii externi in unam sanctam hierarchiam vindicentur ordinari, pariter et ministri Ordinis Laici in una sancta acie constituendi sunt. Haec tamen articulatio necessaria Ordinis Laici in Christianismo plane evanuit, quamobrem sine existentia et opere

Ordinis Laici impossibile est assequi, ut familia in se excolat et custodit studium et exercitium legis divinae; impossibile est adipisci, ut fideles gregarii apti idoneique reddentur ad cultum et servitium divinum cernendum cunctas res gubernii, oeconomiae et civitatis. Paraliptis i.e. cunctas res profanas ita, velut forma imperii Judaeorum item 26. an. 23. paradigma facta est a Deo Christianis.

Ecce, RR. DD. Emericus SÁNDOR vicarius episcopius die 19-a Novembris a.D. 1943.ⁱ Claudiopoli ante auditores conventus communis dioecesis catholicae Transsilvaniensis de necessitate arctae collaborationis sacerdotum et fidelium perorabat, et non praeteritum aestimantem sed futurum formantem spirum quaerebat ibidem. Ast possit-ne forma melior, pulchrior et perfectior collaborationis exoptatae fidelium inveniri illa, quae iam in antiquo Testamento primitius praedestinaretur a Domino, atque publicaretur ad Ipso, in practico paradigmate produceretur, ab ecclesia sancta interpretaretur ita, velut haec omnia in notitia dogmatica Ordo Familiarum Laicus inscripta compendiose elaborabantur. Num possibile est meliorem, futurum formantem spiritum excogitare, reperire eo, qui a Domino revelatus est, ab ecclesia sancta explicatus et hac dissertatione in timore Dei comprehensus est?! Si ergo his perfectiorem sensum ac methodum mens humana excogitare, cor mortale colligere non potest, quoniam haec ab ipso Domine in revelatione supernaturali communicabantur cum hominibus per Filium suum unigenitum: tunc hoc ius naturale et divinum et a clericis agnoscendum est, mandata autem a Domino curae fidelium tradita, ab ipsa ecclesia sancta sub nomen cultus interni et sacerdotii interni comprehensa nec non servitium eorum in Ordine Laico a pastoribus quoque approbandum esse oportet. Quod autem maxime mirandum est et incomprehensibile, sacerdotes externi temporarie obstant Ordini Laico in revelationibus divinis circinato. Cur? Haec quaestio in praesentia nubilo denso obumbratur; attamen unum est dilucidum et certum, hunc Ordinem a Deo eadem sanctione fundatum esse, ut Ordo Clericus non approbans Ordinem Laicum temporibus tentationis ab illo ordine laico deculcetur orituro, qui non approbat Ordinem Clericum, sed inclementer et crudeliter extirpabit eum intersanguinolentas tragedias fidei.

Ergo permanentia sacerdotii externi Christiani ab approbatione et labore eius-legitimo Ordinis Laici dependet, quia solum inter Christicolas experitur apparentia, quod in diebus temptationis apostati fideles occidunt sacerdotes suos, at Pagani et Judaei in omnibus circumstantiis honorant et vivere sinunt rabbinos, shamanos et epoptas suos. In hoc aspectu animadvertiscus est astus historiae sacrae; Saulo enim volente occidere sacerdotes de Nobe et iubente milites, qui circumferant, ad occidendos Levitas Domini: hi simplici-

ter abnuebant obsequium, Et sic postea peregrinus Doëg Idumaeus
l. Reg. 22. sumpsit supplicium de octoginta quinque sacerdotibus vestibus lin-
teis indutis. Sane famul⁹ Christians non oportet valde incitare ad
suos sacrificolas occidendos, licet non a suis regibus, sed peregrinis
vagantibus stimulentur ad hoc nefas capitale!

Revera non datur aliis modus, alia ratio salusque in apostasias
submergentis populi Christiani extra hoc sacerdotium internum se-
cundum praecepta Domini exstructurum, quoniam iam primitius ad hoc
opus obligabat populum suum Deus. Confidentes et sperantes his in-
dubitatis veritatibus viriliter debemus incumbere ad certamen, cum
populus noster in illo tempore esset praedestinatus ad opus sacer-
dotii interni, quo tempore Abraham accepisset promissiones suas. Hu-
ius laboris permagni et difficilis autem iam aperiebantur portae,
cum profecto annumerati essent iam anni in stadiu^m apostasiae per-
ventarum gentium, quia omnes annihilabuntur, qui obduraverant cor
suum ante invitatem vocationem Domini. Christus larga praemia pol-

Matth. 18. licitus est illi, qui modo unicam animam reduxerit ad Eum; hanc ani-
16. Jac. 5. mam sibi quoque lucratus est, qui convertere fecit illam; quanto u-
19. berius est praemium eius, qui gentes potest liberare. Haec est vo-
catio Hunnosiculorum, ut gentes perituras armamentis Christi i.e.
1. Cor. servitio legis recuperent sibi et Deo, non perorantes percutiendo
9. 26. auras, sed exemplum praebentes Ethnicis et Judaeis ad laborem bea-
tum efficientem, non vero ad illam actionem, in cuius vestigiis mar-
cescit omnis flos et omnis vita. Haec actio est factio verbi in sen-
su legis, cuius cautio simul argumentum est felicitas vivificans,
Jac. 1. 25. quae a solo Deo datur hominibus bonae voluntatis.

Restat quidem aliquot spatium temporis ad hunc fidem politi-
cum attingendum, nihilominus iam nunc facere debemus initium studen-
dae et exercendae legis omnes, qui divino instinctu a Domino conci-
temur ad hoc opus suscipiendum, et ex quorum itinere eruditio, sci-
entia et situs bonorum omnia impedimenta amoverat. Domine! Si inven-
ti sunt apud Hunnosiculos et ceteras gentes dominationes, potentes
et divitissimi, qui operam, tempus et influxum navabant ideae, ut sab-
batum sit dies septima aut dies Solis: quanto magis inveniendi sunt
viri, qui officia praestant legibus divinis ad effectum adducendi
sacerdotii secundum ordinem Melchisedech in societate et rebus pu-
blicis, non autem patris mendacii et homicidii, neque demeterentur
ense ferroque flores et fructus pulcherrimi nationis a seductore
magno illecebrisque eius! In hac re evidens est perceptio ecclesi-
astica scripta: „Quam multi sunt, qui ex gradu honoris, dignitatis,
ex intelligentia singulariter vocati sunt ad percipiendas et exer-
cendas veritates religionis Christianae, sed contemnunt hanc voca-
tionem; tunc deinde pauperes, simplices et parvuli invitantur pro illis!”

Matth. 22. an. 9. ter abnuebant obsequium, Et sic postea peregrinus Doëg Idumaeus
sumpsit supplicium de octoginta quinque sacerdotibus vestibus lin-
teis indutis. Sane famul⁹ Christians non oportet valde incitare ad
suos sacrificolas occidendos, licet non a suis regibus, sed peregrinis
vagantibus stimulentur ad hoc nefas capitale!

Ecce Hunnosiculorum divites, inopes, domini et servi sequenter cucti i.e. totus populus iam ab initio vocatus est ad hoc opus excellens vi privilegii atavo Melchisedech data: propterea erant temporibus felioribus, quando haec vocatio natura duce spontaliter laborabat in animo eorum, sine exceptione aequabiles omnes in relationibus externis, cum essent eiusdem formae et imaginis in vocatione.

Scriptum est in novissimis diebus Henok et Eliam prophetam a De-
mino missuros esse ad Iudeos, qui non sint mortui sed rapti ad Do-
minum, ut ad Christum convertant Israelem. lapsum; similiter et pro-
genies Hunnosiculorum illis diebus potentem stimulum accipiet a Do-
mino, ut vocationi pristinae saltem in exitu ultimo mente incitata
satisfaciant. Si enim secundum scripturas: „Et erit in novissimis di-
ebus-dicit Dominus-effundam de Spiritu meo super omnem carnem: et
prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae: et iuvenes vestri visi-
ones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt, Et quidem super
servos meos, et super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spi-
ritu meo, et prophetabunt.”: tunc enundatione harum gratiarum Spiritus
imprimis spiritus Hunnosiculorum afficietur, cum proximi sint Chri-
sto ex pontificatu Melchisedech.

Act. 2.
17, 18.

Longe abest a nobis hac sententia secundum symbolum pseudomy-
sticorum affirmare ex hac communicatione Spiritus superfluum esse
in ecclesia magistratum publicum docentem, quandoquidem vocatio et
electio Hunnosiculorum minime debilitat actionem et munera sacerdo-
tii externi e contra valide affirmat ea, cum iuxta evidentem doctrinam
ecclesiae fungendo suo officio in vita practica conatur iussa
facere et adimplere praecepta a clericis ex cathedra et scriptura
credenda agenda praedicata. Hic modus tractandi non est pseudomy-
sticismus vel mysticismus, sed purissimus realismus fidei, qui incor-
rupta voluntate et clara mente ambos factores fidei aspicit scl.
Legem et Sacrificium. In hac aetate autem, in qua inter Christianos
populos relationes evolventes ipsae doctrinae Christianae adversan-
ter complicantur, custodiis septum spatum publicum i.e. separatum
regnum, ubi ad leges Christianas conservandas et exercendas scienti-
ficum et religiosum i.e. in sanctitate et veritate Christi excultum
exemplum statuatur: proprie rationes fidei urgentes postulant. Si ve-
ro et ab his minimis requisitis desideriis alienaverit se aliquis,
eo ipso declaravit contemnere omnem religionem, modo ceremonias li-
turgicas se propensum esse temporarie perpeti, dum illae ad suos
scopos politicos aptae sint. Inter tales circumstantias naturaliter
Christianismus idem cadaver est, quam fuit temporibus Christi Iuda-
ismus "gloriatus quidem specifica scientia et rigorosa executione

2.Mak.15 legis, sed revera deformabat spiritum Judaeum et denudabat illum
an.12. ornatu suo et in hoc cadaver transformabat, quod in Judaeos hodie
quoque aspicitur."Huius mutationis lex hoc versiculo continetur:
Luc.17. Ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae."Interpre-
37. tatio autem dicit: „Ubi corruptela iam maturuerit, ibi consequitur
an.24. iudicium."Hic status spiritualis illustratur et imagine physisca, in
qua temperies aquae non crescit ultra gradum scalae geometricae
ullum, dum aliqua particula glaciei praesens sit in aqua; at si iam
frustulum quoque liquecerit, nihil impedit aquam effervescentem:
sic nec fides Christiana evenuerit, donec in terra gens minima in-
veniatur, quae iuxta leges divinas dirigit vitam suam gentiliciam;
ad hanc vero mensuram iniendam spiritualem gens Hunnosicula pre-
destinabatur a Domino.

Caput decimum .

PERORATIO .

Simulacrum fidei timore Dei tractatum est eiusmodi generis, ut ad id recapitulationem seu finem scribere non sit possibile; est enim aeternum, velut ipsum Verbum Dei nec tunc peritum, ubi coelum et terra perierint. Peroratio ergo praesens solum hanc debilem dissertationem attingit, et in se non est terminus aut finis, quam potius initium et praeludium est illorum actuum domoediae divinae, quando in scenam prodire debent Hunnosiculi iuxta dispositiones Choragi Maximi. Sed ubi sunt Sichemitae? Quaerat lector attentus, cum revera sine ullis vestigiis interirent illi et frustra quaerantur in Palestina, frustra perscrutentur in Trnacia: nullibi inveniuntur! Profecto aenigmatica fabula! Quomodo poterit Choragus divinus operam edere concitatissimam, si histriones evanuerint vel clam aufugerint, certe cum non essent contenti honorio, quae res saepe iteratur in curriculo vitae hypocritarum, praecipue catervis histrionum provincialium ita, ut pauperes de facto iubeantur publicum ingratum occulte vale ~~supremum~~ affari. Sichemitae ergo nullibi inveniuntur. Sed adest ante faciem nostram populus vestigia pristinae aetatis amissus et investigans prolem suam; ex altera parte in promtu habemus gentem mysticam quaerentem parentes suos atavos, originem et filum amissum historiae suae, at nusquam inveniens!

Nonne coniunguntur invicem partim prolem partim atavos in-
dagantes factiones gentium? Certum est inquisitionem mutuam vigere,
et quidem tanta intensione valere, ut ^{haud} determinaretur, donec objectum
scrutationis appareat: tunc aliquando tamen inveniendi sunt invi-

cem alterne eo vel potius, cum sine illis ultimus actus tragediae humani generis tristis absolvi non potest. Hac obscuritate iam primi-
tus munitur effectus praeclarus carminis tragicorum, quocirca nec nos de-
cet adeo loquaces esse, ut immoderata curiositate periclitemur vehe-
mentissimos effectus theatrales et consequentias pretiosissimas.

Ideo neglectis testificationibus studiosis simpliciter supponimus progeniem suam indagantes Sichemitas et atavos suos investigantes Hunnosiculos unam stirpem, unum corpus, unam animam et vocationem esse. Hic animus autem, quo character proprius cuiusvis gentis efficitur, splendide videtur in confessione radiare ipsius Sichem, filii Hemor, propter amoenam puerilam Hebraeam ad fratres eius et consanguineos suos data: Is enim plenus fide, amore et spe erga omne bonum, pulchrum, et verum, propenso animo in proximos, consilio et fortitudina ac ceteris donis Spiritus Sancti affatus est populum suum accipiens conditiones filiorum Jacob et fratrum Dinae, constrictas ad festa connubialia celebranda scilicet populus universus Sichemitarum suscipiat signum foederis Dei. Sichem ergo et hanc conditionem difficilem duramque acceptavit persuasissimum habens et circumcisionem et praeputium nihili

Gal. 6. esse, sed amorem Dei et proximi et novae creaturae esse omnem, et in
15. hac fide ingressus portas urbis, quia admodum amabat puerilam et princeps erat in domo patris sui, his verbis est allocutus plebem suam Sichem: "Viri isti / scilicet filii Jacob et ceteri Hebrei pacifici sunt, et volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, et exerceant eam, quae spatiosa et lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus uxores, et nostras illis dabimus. Unum est, quo differtur tantum bonum: si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes. Et substantia eorum, et pecora, et cuncta quae possident, nostra erunt: tantum in hoc Gen. 34. acquiescamus, et habitantes simul, unum efficiemus populum. Assensique
20-24. sunt omnes, circumcisionis cunctis maribus."

Quisque bona voluntatis hominum primo aspectu nitide perspicere quit ingenium Sichem et propinquorum eius indolem incorruptam, sinceram, honestam et idealem, nec raptu feminae obscuratam, cum secundum persuasionem gentium hodie quoque existant loca, ubi raptus feminae ad formalitates matrimonii pertinent Uxor ducendae causa commissa violentia scilicet, spe consensus posterioris sanciri, rata fieri solet, velut haec res et consuetudo probatur exemplo Ester reginae in sacra historia fabulato iuxta casus innumerabiles mundi profani. In hac causa scribit ecclesia sancta: "Ester invita ducebatur in cubile regium; Est. 14. cessit partim violentiae, partim voluntati patrui sui, cognoscens an. 8. dispositionem divinam." Jure simili agnoscenda est ordinatio divina et in casu Sichem! In fabula mulierum Sabinarum raptarum vidimus ipsas puellas Sabinas clamitantes fuisse illas, quae quasi matres beatae ipsae reconciliarent patres morosos generibus abominatis i.e. maritis

gratissimis suis et proferrent coalitionem fraternalm utriusque populi rixantis.

Raptus feminae et iuxta hodiernum usum legis modo parte laesa rogante persequitur, et lex nostra civilis capite XXXI^o a.D. 1944^o raptum virginis non aspicit impedimentum coniugale. Ille vero spiritus, qui responsum dederat ad hunc modum equestrem, sine dubio emanatio erat spiritus maligni, qui etiam a patre pueras, a Jacob reprehendebatur in filiis suis, et signum castigationis apparuit et in benedictione paterna. Sed maxime elucet multa iuvenibus inhumanis et crudelibus irrogata ex dispositione divina, quandoquidem filii vindicis Levi amovebantur munere sacerdotali secundum ordinem Aaron, et quod admodum praeclarum est, hoc sacerdotium posterius ad progeniem Sichem deferebatur a Domino, auctore sacerdotii antiqui Testamenti, denique effectore pontificatus novi Testamenti per Sichemitas. Etsi belua fera in viris peregrinis habitans annihilavisset idealitatem herois nobilis tragicis: Sichem, tamen sortes utriusque populi coniungebantur, quoniam Palestina occupata terra Sichemitarum lapsis quattuor saeculis Israeli sortita est, ubi Sichemita et Hebrei de facto coniunctim habitabant, et licet non sint facti unus populus iuxta cogitatum originale principis Sichem, tamen iungabantur matrimonio, quamquam leges Mosaicae prohibebant hanc mixturam chemicam.

Judith 9.an.3.
Et proposita divina inveniebant satisfactionem suam, inquantum et separatio permansit adversus omnem mixtionem, atque hius indolis plebeiae disiunctae muniendae gratia maior et melior pars Sichemitarum independentiam appetens in novam patriam inductus est a Domino, pro patria amissa compensationis causa accipiens idelitatem sacerdotii novi Testamenti, qua re vicissim gens ad sacerdotium electa alter factor aequivalens Hebreis particeps facta est activitatis redemptoriae, immo in aspectu spiritualitatis altius inaugurata. Casui Sichem et Dinae coniuncte haec leguntur in exegesi ecclesiastica: „Dinae, filiae Jacob, Sichem iniuriam intulit; hanc improbitatem principis Sichem Simeon et Levi crudeliter ulti sunt. In hac fabula laudandus est arder legis divinae, .. sed inhumanus et iuri gentium adversans erat modus ultionis, .. qui et a patre iuvenum, a Jacob, patre Simeonis et Levi condemnatus est." Ergo haec interpretatio ecclesiastica et in caede inhumana indignissamaque iuvenum Hebraeorum invenit aliquid laude dignum; tamen notandum est hanc necem non solum in unum virum sed etiam in omnes mares urbis Sichem dilatasse, qui secundum narrationem in rebus gestis Sichem scilicet in raptu virginis revera nullam partem habebant. Ast in actione Sichem haec interpretatio nullam excusationem aut levamentum invenit, licet hic vir praeclarus in-

genii omni oblatione et nobilitate illam relationem efficere con-
naretur, quae postea in cursu temporis a Domino nostro Jesu Christo
effecta est ea re, quod in propria sua SS. Persona adunavit naturam
corpoream et spiritualem suscipiens regnum Judaeorum et pontifica-
tum Sichemitarum i.e.corpus Hebraeum et animam Hunnosiculam, sic de-

Efes.2. struens in sempiternum omnem parietem medium inter Paganos et Hebreos existentem. Adumbratio autem huius consilii divini nusquam reperitur in serie universa revelationis tam plastice, quam in ipso sermone principis Sichem ad fratres Dinae directo. Notandum est porro in illo tempore adhuc non extitisse omnino Toram i.e. legem Mosaicam, cum haec modo posterius labentibus annis data esset Judaeis, quo circa neque potuerunt Levi et Simeon pro hac lege flagrare studio, casu optimo pro lege naturali: iam vero Sichem multo plus operae contulerat ad hanc legem perficiendam matrimonio, quam Levi et Simeon homicidio cumulato, quandoquidem hoc vetatur et a Tora et a natura, contraversum matrimonium iubetur ab utraque lege!

Vocationi autem sacerdotali minime quit adiungi servitium militare, quamobrem progenies Sichemitarum i.e. Hunnosiculi, dispositione divina liberanda est et absolvetur quoque obligatione militari, ut exclusive armatura Dei h.e. Verbo Christi certet pro rebus causisque Domini. Ecce alter populus electus iam acceperat hoc privilegium, quia in castris operariis ordinati ligonibus et palis instructi officiis boni civis funguntur. Si autem quidquid sub sole

Efes.66 1. Cor.10. iuxta doctrinam ecclesiae sanctae quasi signum futuri percipiendum
11. sit: tunc iam ex his castris eluceant partes praesagittae Hebraeorum

vespillonum, quoniam teste propheta illi sepelient populos regni Magog, qui sub nomine Mosoch et Tubal congregabuntur bellare contra

Ezech. 39.12. castrum sanctorum ac urbem dilectam, et qui annihilabuntur effusione ignis. Hunnosiculis tamen velut alterius gentis electae tales sortes non praesagiuntur in authenticis scriptis ecclesiasticis, quod et valde naturale est, quoniam sacerdotis est utique fungi in funeralibus, nihilominus bustum fodere et effosis caespitibus mortuum tegere est labor aliis generis scilicet munus sacerdotis, sed libitinariorum. Multo augustius est opus sacerdotis circa mortuos, sed magis in emolumento viventium posito labore est alte collocatus sacerdos, ideo nominatur ex officio regale sacerdotium.

Meditatio sequens minime desiderat tangere de defensione publica latae leges, solummodo illustrare conatur dispositiones divinas, ad quas maturescere humanitati et opus est, si propense satisfaturus sit primodium legibus Dei. Tamen in hoc apparatu civili possibile est exercitum scribere eiusmodi generis, qui armis moralibus et spiritus paratus sit pugnare, cum multi sint, qui nondum adepti sunt aetatem

militarem aut iam transierant illam, vel ex variis causis liberati sunt a servitio militari. Notum est quidem adhuc multum sanguinis effusorum esse secundum scripturas, dum mortales perveniant eo, ut in spiritu adorent Dominum, attamen et in hoc imperfecto statu possumus salvis legibus hac via procedere. Immo adiumentum firmissimum est et Victoriae armorum illa certatio, quam praecedit et sequitur expeditio bellicosa spiritualis; si enim substrahantur adminicula moralia inimico, tunc conamina eius bellicosa irrita fient. In nostris circumstantiis e.g. communismus careret omni vi militari, si suo tempore iam decennia ante in suo nido annihilatae essent fundamenta doctrinae eius, et sectatores huius eruditionis fidei nostrae potuissemus acquirere et ad nosmet ipsos allicere cultu. Similiter et in ceteris regnis impotens esset seductor magnus, si incolae singillatim possent opponere ei et demere mentem erroris. Quoniam vero neutrum factum est in societate Chisticolarum i.e. fideles nostri minime erudiebuntur in hac ratione bellandi: propterea quit praeter modum corroborari quodvis experimentum antisocialis temporibus Apocalypticis.

Ergo commovere vires spirituales et morales ad repugnandum saltem tam grande, si non maius pensum est, quam organisatio exercituum et permanentia perpetua eorum. Hae duplices rationes in eo differunt inter se, quod hoc certamen a sociologia modo iuxta principia empirica humana ordinatur, at confessores Christi hunc modum bellandi a legibus divinis deducunt et consiliis divinis se accomodant. Haec differentia dilucide illustratur et nomine „propaganda" atque usus huius vocis. Notum est enim potestatem ad fidem propagandam a Christo datam esse discipulis, quae potestas a Sede Apostolica condita congregazione „de propaganda fide" exercetur. Nunc adversarius Christi hanc figuram etymologicam ex hanc conragatione appropriavit sibi ad propagandas theorias suas, et ex hoc abusu exitialis confusio oriebatur mentalis, et in hac perturbata existimatione populari peropportuna occasio partitur seductori magno. Primo quidem fidem propagare nemini competit ex praceptis Christi solae a Christo fundatae ecclesiae sanctae. Secundo hic terminus technicus iam primitius ad hunc finem reservabatur, quo circa in actionem diversi generis minime quit usitari, praecipue Christianis haudquam decet hic modus loquendi perinde ac indecorum esset actus scenicos vel productiones artistarum in localitatibus Orphaeis ostensas voce „liturgia" obsignare, cum hac forma tractandi ideae sanctissimae profanisarentur. Tertio si quis tamen admodum delectaretur hac voce Latina, tunc signare debet objectum propagationis, quia ad fidem propagandam nullum ius habet. Tunc vero sic esset notandus magistratus ille e.g.

„Ministerium de propagando socialismo vel communismo”, ut separetur a „congregatione de propaganda fide”; aut vero retento genere feminino addendum est substantivum supplens: infidelitate vel iniquitate scl. propaganda, quod in scripturis item mysterium dicitur non secus ac mysterium fidei. Quarto demum si remansuri simus iuxta denominationem et quod gravius est spiritum ecclesiasticum dicentes vocem „propaganda”, tunc iuste sic est dicendum: „Ministerium vel congregatio de propaganda lege divina”, quae phrasis verbosa accuratissime congruit Christo et doctrinae Eius, atque consiliis ecclesiae sanctae, cum laicorum sit executio et propaganda Legis Divinae.

Ad liberandos et absolvendos sacerdotes novi Testamenti i.e. secundum ordinem Melchisedech, quod sacerdotium nempe non solum ad clericos sed etiam ad laicos seu fideles gregarios extenditur, a servitio militari haec argumenta asseruntur schematice: 1/ A doctrina Christi et amor inimici praescribitur, ergo nec hostem licet nobis interficere armis, vel ab eo quovis modo eripere facultatem vivendi, vel opes suas exercendi, immo ex paecepto Christi debemus pro eo orare et illi bonum facere. Si autem hostis vellat nos interficere, nec tunc licet nobis hostiliter surgere in eum, sed Christum imitantes precanter debemus accipere ex manibus inimici necem.

2/ Christi religio non est dominatio secundum corpus et materiam, e contrario servitium, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus hoc paeceptum evidenter et plastice iniunxerat nobis lavans pedes discipulorum suorum supremae signa voluntatis reliquens, ut exerceamus amorem proximi pro eo semet ipsos offerentes et illi servitium humillimum proni facientes, cuius amoris Magister nobis exemplar divinum factus est. Nefas est vero testamenta humana mutare, rumperre aut irrita facere; quanto magis divina! 3/ Secundum doctrinam ecclesiasticam omnis potestas a Deo datur, oritur et quantumlibet abutatur homo hac potestate, Christiano non est permisum alia arma adhibere adversus dominum, quam preces, humilitatem et patientiam.

Joan.10. an.13. Preces et lachrimae sunt sola arma ecclesiae Christianae-inquit s. Augustinus consonanter. Quisquis regnet ergo, Christianus oboedire debet, et haec obligatio saepius extollitur in litteris apostolorum. 4/ Sed super omnia ante oculos fidelium versatur paeceptum quintum Dei, velut Cherub ante portas paradisi positus et clamans: Non occides! Si hoc autem omnibus fidelibus dicatur, tunc minime decet sacerdotem negligere hoc iussum sive externum sive internum sacerdotium portantem. 5/ Mansuetudine influente molliuntur victores ac domatores ferocissimi, quemadmodum expugnatores Mongoli assimilabantur Sinensibus, qui nunquam erant bellicosi. Sic facti sunt de-

Iudic.3. an.16.

Rom.13. an.1.

victi Graeci didascali Romanorum victorum. Ceterum opera omnium ex-pugnatorum clarissimorum brevi corruerant, e contra studia fanaticorum pauperum omnibus armis carentium inconcusse millennia durant, quemadmodum traditiones Duddhae et Domini nostri Jesu Christi, aedificia coenobitarum nostrorum et Buddhistarum. 6/ Occiditur inermis quidem ab inimico sed modo ab illo, qui non honoret mandata Dei. Ast hic occidit et armatum: ergo magis pium est sine ferro occumbere morti, quam inter arma in theatro campi, quoniam spiritualiter pugnare obligamur et nuda manu nullis armis tecti. Si quis autem arma ceperit, ille et armis peribit, ut hoc aperte a Magistro dictum est. Armamenta etenim artis technicae hodie iam non distingunt scrupulose inter armatos et inermes, cum a volantibus nostris pariter inteficiantur et infantes mamillas sugentes, puellae venustae et matres imbelles. Propterea bella Apocalyptic vere facinora sunt consulto facta contra humanitatem i.e. genus mortalium!

Paulatim perspicient homines valde inutilia et ingrata arma esse tela, tormenta et volatilia ac omnes machinas igniferas: si enim prodessent, tunc a Domino non fuisset vetitus illorum usus. Ideo prudens et a mente sana non privatus hostis non occidit adversarium et sinit eum vivere, etiamsi devinceret eum. Si vero testimonium sit Domini nostri Jesu Christi, ut summa humilitate serviamus omnibus proximis nostris cuiuscunque generis, ordinis et gentilitatis: ad quid est resistentia armalis?! Denique licet supereminenter vincamus hostem, et eo casu obligamus servire victimis ut Christiani; ergo ad quid est caedes sanguinea et infanda strages?! Ceterum homicidium temporibus Visionum apparens in feritatem degenarbit maniacam iuxta admonitiones divinas, quando homines gregatim labentes in potestatem spiritus maligni, interficiunt ipsius occisionis helluantis causa, quia seductor magnus, pater mendacii et homicidii, i.e. satanas in hanc regionem suggestor homines, velut litterulae volantes demonstrabant bello Hispanico cohortationibus inscriptae: "Occidite, occidite!" Quem, cur, quam ob rem, aut causam? Non quaeritur, cum finis scopus sit ipsa caedes, nex et imperfectio!

Et sine exceptione eadem est descriptio naturae cuiuslibet vitii, quoniam quodvis peccatum intendens nervos in extremitates, suapte occidit victimam quoque. Sic bibax alkoholista factus i.e. bibesiae se prorsus deditus una cum libidine delirio conficitur. In aetate autem Apocalyptic adveniet tempus, in quo a belua occidentur omnes sine ulla excusatione et iudicio habito non adorantes bestiam infernalem et non assumentes stigma eius aut numerum. Attamen hoc minime est mors aut exitus illis, qui pro Deo et legibus Eius immolarentur vel occiderentur pro testimonio Christi i.e.

- Verbo Dei, qui non adoraverint bestiam neque eius sigillum aut imaginem suscepserint in frontibus vel manibus: illi vivunt et regnant
- Apoc. 20. una cum Christo in aeternum et reviviscent iterum secundum corpus
4. quoque. Homo enim periculis capitalibus et occisionis semper obiec-
tus est sive rapiat arma sive non: ergo prudentius est et rationi
magis conveniens ac pium non accingi ~~se~~ ferro enseque, quam armis
decertare pro veritate praecipue tunc, cum arma Martis profecto ad-
versentur principiis et consiliis Christi.
- 8/ Si quis auten arma rapuerit, simul dimisit ex manibus armatu-
ram Dei i.e. Verbum et servitium eius, quod semper spe credula lac-
tat mentem fidelem, ut adversarium devincat suadendo armaque adimat
illi et animam lucretur eius Deo ac sibi. Omnes enim instructi fer-
ro calculum ponere debent de vita, attamen similem ratiunculam red-
dere possunt nunquam induti armis crepitantibus. Eventus vero omni
tempore magis opportunus est sine armis, quam cum armis expugnatus.
- 9/Huiusmodi rationis servitium scl. armis exutum a scripturibus
sanctis actio vel factio Verbi nominatum continuatio et supplemen-
tum est mortis Christi et operis redemptorii ab apostolo clare si-
gnatum. lo/Tribus prioribus saeculis religionis Christianae, epocha
persecutionum dicta dilucide comprobatur nostros Christianos atavos
milites ac expugnatores fuisse servitii inermis, atque eorum modo
pugnandi melius corroborbatur disciplina Christi, quam si Mohamme-
danorum ritu conati essent religioni suae viam aperire. Contraver-
sum bellis hodiernis plane delabitur Christianismus adeo, ut ex gen-
tilitate susceptae nationes revertentur ad idololatriam i.e. dene-
gationem Christi, ubi gens lapsa Judaeorum reperitur scl. in tenebris
Joel 3. exterioribus, ubi est fletus et stridor dentium, ibique definite sub-
an. 3. mergentur.
- 11/Si quis bellando effusione sanguinis et violentia cruda
voluerit res suas materiales corrigere, persuasum se ostendit sa-
crificium cruentum Christi non fuisse satis abundum ad eliminan-
dum peccatum, sed Deum, Iudicem aeternum denuo postulare holocausta
humana veritatis patefacienda gratia. Hoc autem eo magis affirma-
tur a parte bellicoso, cum revelante Christo fideles eius et rixas
1. Cor. 6, serere vetarentur forenses, quandoquidem praesente animo Christia-
1-10. no adversantib^{us} inter se et ex rationibus evangeliorum conveniendum
est. 12/A Domino minime exoptantur resolutiones bellicosae; hoc ma-
Ose. 2. 18. xime ex eo apparet, quia in plenitudine aetatis Mesianae bellum
belebitur ex superficie terrae, ut filii Eius scl. filii legis in
Ezech. securitate dormiant. Tunc filii ISH ex immensis armaturis tormen-
39. 9. tisque bellantium partes ligneolae comburentur, ferrum et cuprum

in fornacibus recoquentur, et instrumenta pacis fabricabuntur ex il-
lis.

Initium autem huius aetatis erit conversio communis Judaeorum ad Christum, quae secum portabit statum perfectae innocentiae, cum Hebraei cognoscentes in Christo pontificem maximum secundum ordinem Melchisedech, qua re lucrabuntur et Sacrificium, ethnici vicissim repraesentantibus Hunnosiculis adipiscentur leges regni Judaeorum: quocirca in oculis Hebraeorum Pagani, in oculis vero ethnicorum Ju-
daei erunt terra exoptata, atque ea res evidenter significabit Chri-
stum de facto destruxisse parietes medios inter bifarium typum cul-
tus divini, sequenter nihil impediet ulterius connubium permixtum
et plenam conflationem amborum populorum scl. Judaeorum et Paganorum,
cum simultates atque inimicitiae inter Judaeos et Paganos durantes
a Christo terminarentur sua sanctissima incarnatione et labore re-
demptorio, regnum autem Christi est imperium veritatis et iustitiae
secundum mensuram Patris coelestis, non vero patris mendacii et ho-
miciidii, non violentiae et ensis. Ex his dicendum est bellum Apocalyp-
ticum ultimum bellum fore humanitatis, cuius crudelitates abbrevia-
buntur electorum gratia; electi autem sunt prototypi Redemptoris re-
gii et sacerdotales scl.: Iudei et Hunnosiculi.

Psalm. 79. His verbis psalmi: „Fiat manus tua super virum dexteræ tuae:
18. et super filium hominis, quem confirmasti tibi.” haec interpretatio
an. 18. adiungitur: „Sic nominatur populus, quia prototypus est Filii Eius.”
ad dextram sedentis. „Ergo si non solum singuli viri ut Joseph, Da-
vid, Melkisedech etc. prototypi sunt Salvatoris, sed universus populus
Judaeus, tunc legitime dicitur et universus populus Hunnosiculorum
prototypus Redemptoris mundi.

13/Perceptio hodierna, quae in longum tenditur per aetates ge-
neris humani lapsi nec Christianis exceptis, et quae ad eliminandas
controversias iudicium Dei i.e. duellum vel bellum adhibet, sine ulla
difficultate testificatio est certa ac approbata status vitiosi; at-
tamen haec perceptio statim evanescet, ubi Dominus promissis fide-
liter effundet spiritum gratiae et orationis super domum Israel et
Melchisedech i.e. super Paganos et Judaeos, quando revelato amore Dei
ante oculos peccatorum repente apparet et cognoscetur in speciem
Jahvechristus, Deus unus et Trinus, ISH, in sua splendida pulchritudi-
ne, robore, bonitate et veritate. Quemadmodum enim Saul ex unico radio
gratiae confestim perceperat sensu SS. personam Salvatoris, et proti-
nus apostolus factus est ingenii ardantis persecutor ecclesiae Dei:
similiter erit omnibus servantibus animam puram a falsimoniis se-
ductoris magni. Quid est enim Deus? Amor et veritas, cuius calore lu-

ceque statim liquefient omnes configurationes florum nivearum et diffundetur scientia Dei atque exercitium legis divinae immaculatum quasi accessus maris, quo facto terminabitur in homine omne vitium, per quod pati cogimur etiam in imaginata iustitia nostra. In hanc aetatem innocentiae praeparandam sorte nacti sunt singulares partes Sichemitae et proles eorum, secundum nostram persuasionem et doctrinam Hunnosiculi, accipientes portas patentes, ut in factione Verbi praeambulantes omnibus populis secundum ordinem Melchisedech serviant Domino Deo, ISH atque proximis sive amicis sive inimicis adimplent omnia mandata legis studendo et exercitando virtutes.

Haec partes, hoc pensum autem vindicant sibi omnes facultates populi materiales et mentales Hunnosiculi. Perpendendo enim ad praecepta, quid significet communismo adhaerentes Slavos, socialismo subiugatos Germanos et associatos populos de voluntate Dei illuminare, et ad viam legis convertere; quid significet Judaeum lapsum propriam vocationem edocere; quid significet omnes proximos laicos nonnunquam et clericos initiare substantiae Verbi Dei vel Dei Verbi atque factores Eius efficere: tunc suspicari incipimus, quid significet vocatio gentis electae alterius scl. Hunnosiculorum et quid notet ordo Melchisedech! Aetate autem Apocalyptic, quando progradientibus inventis technicis quaevis resolutio bellica finitima est vesaniae, nec sana mente invenitur alicubi calculatio, quoniam bellis coniunctum detrimentum in materia, bonis et hominibus ne a longinquu quidem appropinquant emolumentum victoria productum. Verumtamen si sumptus bello utrobique confecti in leges divinas exequendas farentur: tunc non solum Hunnosiculi essent sacerdotes Altissimi secundum ordinem Melchisedech, sed etiam omnes factiones bellantes, qua re pax, iustitia, benedictio, beatitudo et ipsa inconturbata vita nasceretur laudi ac firmaretur iuxta mensuram Christi.

Ex hac vocatione supernaturali Hunnosiculi a Domino Deo privilegiis donisque animae, spiritus et corporis luxuriose locupletabantur, quae considerans sacerdos quidam secundum ordinem Melchisedech iam ante saecula verbis citatis expresserat suam admirationem, et non sine iusta causa. Si enim simplex descriptio perlegatur a D. Hanko geographo divulgata, probanda est vocatio et electio specifica huius gentis mysticae; narratur de verbo: „Terra Siculorum terminis acutis naturae cingitur, separantibus incolas eius ab omnibus, qui extra hos fines sunt. Mores et disciplinae gentis inter fines a natura extractos permanentis, deinde specialitates linguae et amictus Siculorum in multis momentis et a Hungaris discedentis impressionem typi vetustioris gentis, in aspectu autem terrae signaturam parvuli imperii efficit homini. Siculus superbe dicit quoque suam parvam patriam imperium Sicu-

lorum. Omnia, quae extra hanc patriam reperiuntur, Siculo sunt extera regio. Ut incolae onera provinciae finibus naturalibus separatae facilis portent, natura benevola terram Siculorum omnibus amoenitatis eleagnatissime decoraverat, quae in hominem vim attrahentem exercere, inhabitantes devincire possint; thesauris vero metallicis atque botanicis, fossilibus ac floralibus ea dimensione cumulabatur, quam modo continentes sorte assequi solent. "Sic loquitur geologus; si his adiungatur sermo theologi, confectum est mysterium Siculorum, quae sic exprimitur breviter lingua ecclesiastica:

HOC EST ENIM MYSTERIUM SICULORUM
PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM
IN SAECULA SAECULORUM . AMEN.

In hoc aspectu adiungendas arbitramur esse confessiones argumenta explicationum nostrarum. Dr. Franciscus Gáspár his verbis terminat descriptiones itineris sui: „Si quis incolarum Budapestinensis fascinanter pulchrum velit aspicere Budapestinum, ut „balsamine dulcis" sit aura eius ac iucunda; ut cives huius urbis boni, pulchri, sympathici habeantur; ut asphaltum tan suave teneatur, quasi quis super caespites insulae Ceylon ambularet; et si in vita aliquot dies flagranter beatus esse velit: tunc peregre proficiscatur ad tempus longius aut faciat iter circum terram. Revertens persuasissimum habebit non existere in superficie terrae urbem pulchriorem, lautiorem, dulciorem Budapestino, multum increpato, semper vituperato, semper deminuto, attamen semper fanatico dilecto, amoeno, pulchro et magno emporio.”

Nihilominus idem sensus, eadem persuasio et gradata mensura acquiritur a homine domi sedenti, in sua camera parva delitescenti, si incipiat meditari de mysterio Siculorum, et ubique intellecterat et percepérat mente et persentiscit anima mysterii huius latitudinem ac longitudinem, altitudinem ac profunditatem: tunc eodem momento totum populum suum, gentem patriamque suam, urbem caput regni atque remotissimum diversorum imperii luce supernaturali aspicit coruscare, quoniam his rebus modo regnum coelorum potest esse perfectius. Dr. Franciscus Kiss, professor facultatis medicae scribit in epistola sua data die 22. a. D. 1945.º: „Inter Siculos frequentavi quattuor classes superiores gymnasii, et inter eos peregi praxim medicam, et manifesto comperi mentalitatem eorum admodum differre non solum inter circum habintates populos sed etiam generatim inter ipsos Hungaros. "Haec verba testis et spectatoris item authentice testificant separationem gentilitiam i.e. signum vocationis et electionis ad specifica munera.

Caput undecimum.

GEMMAE POST PREORATIONEM SCRIPTAM INVENTAE.

Ad hanc subtilitatem arcanam, quae ante oculos fidelium veritas vivificans et persuasio beatum efficiens sit, adhuc hanc singularem speciem applicamus, quod vox originalis "Sichem", ex qua denominatio "Székely" eodem modo oriebatur, quam ex parvulo semine succrescit arista vel arbor frondosa, hoc substantivum significat: dorsum, tergum. Lingua sancta, qua maxima pars revelationis ad nos pervenerat, ex hoc substantivo enuntiationem formabat dictam et scriptam: Shekem ehod / שֵׁקֶם אֶחָוד / i.e. uno animo scl. Deum colere. In hac sententia comprimitur dense totum institutum consiliumque mysterii Siculorum. Ubi autem a Domino, ab ISE effundetur super domum Melchisedech, super dilectam urbem Budapestinum, super praeamatos Hunnosiculos spiritus orationis et gratiae a prophetis pollicitus: eodem momento temporis unusquisque Hunnosiculorum exergiscet e somno soporato atque scientissime amplectetur vocationem supernaturalem et serviet Domino Deo uno animo et uno corde; Shekem ehod! Et Judaei et Pagani venient exultantes ad repressam ac dilaceratam Hungariam et portent in gremiis pueros, puellas et senes dissipatae gentis ad sanctuarium Patris nostri hiccine struentes ex aedibus ruinosis novas Hierosolymas. Amen. +/

Elaboratio haec de mysterio Siculorum a.D.1943. ^onata est non adeo methodo scientifica a censore clerico postulata, quam magis instinctu animae demissae ad demonstrandum membris familiae meae posse resultata miranda adipisci et indagando vestigia sacramenti nominis in regno scientiae. Ergo non usui forensi parabatur, ut egreditur in publicum haec dissertatio modesta, solum fano familiari proponebatur; tunc incepimus modo illam et aliis in animum commendare, cum de singulari affectu huius theorematis certiores facti essemus tam apud clericos, quam laicos. approbationem querentes ecclesiasticam. Methodus scl. putatur scientifica ille modus scribendi, quo quidam ex libris centum componat centesimum primum; huic methodo contraponitur modus progrediendi sacramentalis, quando ex unica inspirazione animi, ex unica idea innata, ex singulari verbo progerminantur libelli centum. Hac ratione posteriore prodibat et dissertatio nostra humillima, mysterium Siculorum inscripta.

Quinquennio post scriptum codicillum nostrum ex facilitate D. Dr. Julii Krepuska, directoris Musaei de Balassagyarmat accepimus librum Dr. Alexii Fay "A magyarok őshona" i.e. Patria antiqua Hungarorum inscriptum, sic occasionem nacti sumus ^{ad} comparandam perceptionem nostram sententiis aliorum. In hoc libro de Siculis leguntur sequentia: „Incolae antiqui insulae Siciliae, qui insulam a „Sicanis" iam prius ante illos habitantibus abripiebant, et a quibus et insula nomen suum ac-

ceperat: Sikel vel Sikul nominabantur. Hae ambae formae autem nominis populi idem est ac nomen vetustius Siculorum dictum: Szikölet Latina enuntiatione locutum: Sicul. Certum est in Sicilia iam temporibus antiquissimis conditas esse colonias Carienses et Phoenissas, propterea Bochardt non solum in Sikelis et Siculis, sed etiam in Lestrigonibus et Sikanis Siculos antecedentibus gentis Phoenissae consanguineos

Num. 13. cernit, ideo et nomen Siculorum ad nomen vallis Chananaeae. Escol re-
25. fert repertum in libro Numerorum, unde ille botrus abscissus orieba-
tur ab exploratoribus reportatus ad Moysem. Teste enim Bochardt vox
Hebraea בָּשָׂר =botrus, uva lingua Syriaca szegul vel szegol pronun-
ciatur, et secundum sententiam eius ex hac voce esset derivata no-
men ^Zsikel vel szikul, quod cognomen a magna racemifera ubertate por-
taret et insula et incolae eius. Vestigia plurimorum scriptorum an-
tiquitatis persequentes docti litterati ex Italia venire affirmant
Siculos in insulam de illis nominatam, et eos propinquos Latinorum
fuisse arbitrantur... Attamen Freemann patriam antiquam, originalem
Siculorum etiam in Oriente indagat, et in hac inquisitione appetet
ei in Graecia iuxta Athenas collis Szikelia nominatus... Etiam Free-
mann notabilem et conspicuam putat similitudinem nominum: Szikel et
nostrorum Székely et miratur, quod in Annalibus Hungaricis nullum ve-
stigium inveniatur gentis Székely e Sicilia ortae... In loco oppidi
Pannonici Segesta nominati velut Sicula Segesta hodie Segesd floret
in comitatu Somogy provinciali; quaeritur nunc, ex quo tempore oria-
pag. 104. tur oppidum Segesd, et oppidum Siculum: Segesta num originaliter non
107. appellaretur-ne nomine proprio Segesd?"

Ex his omnibus citatis sententiis evidens est nondum enodatam esse originem nominis et gentis Székely, porro his opinionibus con-
jecturisque magis magisque fulciri suppositionem nostram, qua semper
clarus illiustretur non solum aenigma historicum, sed etiam qui est
cardo causae ipsa mysticas religiosa quoque. Huius rei scl. nemo ad-
huc scriptorum recordatus est, qua non adeo velamentum praeteritorum
temporum tolli desideratur, quam potius mediis Hunnis mundo universo
et generi humano maximum thesaurum effodere, remedium efficacissimum
invenire, impedimenta exitus lethalis pacisque pignora firmare cona-
mur. Quae omnia hoc mysterio perfecte contineri videntur miranda
cohaerentia coniuncto operi redemptorio.

Si enim origo vocabuli Székely ad nomen proprium populi et per-
sonae Sichem reducatur, quae tractatio explicita simplicissima et ma-
xime naturalis esse videtur, tunc hoc gradu in proximam propinquita-
tem pervenimus ad SS. Personam Salvatoris de hoc populo suscipientis
pontificatum suum et spiritum animamque suam, quo circa relatio Jesu

ad totum genus humanum per hanc gentem et per hoc nomen dicit originem suam. Haec indoles animi scl. conceptus redemptionis multo vetustior est, quam revelatio de ortu corporali Salvatoris facta, cum redemptio consolatoria et promissio eius iam in protoevangelio donata esset protoprentibus nostris, ergo initio aetatis ante diluvium peractae, dum de ortu corporali homines tantummodo post diluvium acceperant revelationes et promissiones in Abraham et posteris eius.

Nihilominus et theorematum historicorum valent auctoritate eo sensu, quod singula spatia migrationis Siculorum exhibent denominantes illos populos, apud quos patria detrusi Sichemitae temporarie commorarentur. Et inquantum novis circumstantiis se accommodantes necessario et lingua hospitum usi essent, nominari queunt Jasyges, Cumani, Kabari, Bessenyő, Turci, Judaei, Gepidae, Kazari etc. quemadmodum nunc denique et definite nominantur Hungari semet ipsos Hunnos confitentes sine ulla periclitatione ingenii plebeii, velut haec res et a D. professore Kiss observata argumentatur. Strictis vinculis copulatus nexus sortis Hunnorum et Siculorum splendide eminet ex vicissitudinibus Hungarorum hodiernis, quarum consortes sociique sunt pares et progenies Sicanorum i.e. gens Hunnosicula. Occupatio scl. Hungariae novissima simillima est invasioni in Palestinam quattuor milibus annorum ante factae iisdem factoribus operantibus ea modo differentia, quod olim ipsorum Hebraeorum exercitus conseruerunt proelia, nunc vero subjugati Christiani et spiritu Christo adversanti suggestae cattervae ineunt pugnas asperas semper; tunc Hebrei gratiam Dei habentes sorte capiebant terram Chanaan, nunc vero gratia extincta Dei et a gente dissipata efficitur tragœdia Hunnorum. Tunc ipsis Judaeis bellantibus gerebantur certamina, nunc vero auxilio ab antichristo in apostasiam perductorum Christianorum perficitur invasio terrae nostrae utique melle ac lacte fluentis. Evidens est enim Hunnos consociata vi Russorum, Britannorum et Americanorum devictos esse, mirabiliter tamen ipsa potesta gubernandi non a victoribus, sed a Judaeis exercetur, licet ad speciem vir ethnicus praeficeretur reipublicae.

Itaque simplex simul tristis veritas est, quod gens nostra Pannonica armis domata, dissipata est, incolae patriae dilaceratae tributarii et lignatores facti sunt Isacidarum, ut olim in Chanaan Sichemitae, portantes secum privilegia ex spiritualitate Christi per pontificatum Sichem-Székely sibi competentia. Et si definite dissipabitur gens nostra sancta Hungara patria plene orbata, ideo fit, ut portet secum in orbem terrarum ubique semina dogmatis Domini nostri Jesu Christi regis et pontificis secundum ordinem Melchisedech et dissipet ea spargendo humum huius seminis floribus in vita prac-

tica, cum modo hae veritates queunt populos Christianos undis apostasiae submersuros reducere a spiritu erroris ad Christum et Eo mediatore ad Patrem, ceterum a patre mendacii et homicidii brevi tempore i.e. intra terminos annorum quadraginta deculcabitur Ecclesia Sancta Romana una cum suis haereticis, schismaticis et omnibus factionibus.

Itaque gens dissipata Hungarorum reducetur a divina Providentia in Isai. 61 patriam suam discerptam ac dilaniatam, atque restituentur fines eius a matre natura circinati, quemadmodum hic redditus gentis electae et a prophetis praevideatur et vaticinatur, quae descriptio studio ardens augurum fatidicorum minime filiis Abrahae secundum corpus genitis adscribitur, sed ecclesia interpretante filiis Patriarchae spiritu alibus tribuitur scl. Christianis, iuxta persuasionem nostram specificie Hunnosiculis, quae sententia et logicis columnibus suffulcitur. Ut enim Judaei opibus divitiisque abundantes relinquent palatia augusta sua fulgentia columnis marmoreis, rura florifera atque imperium mundi congestis acervis auri argenteique comparatum et permutent bona sua immensa angustis finibus telluris sc̄cae: impossibilitas est psychologica et contradictio in se, quandoquidem dimensio geographica Palestinae nec dimidium multitudinis Hebraeorum recipere potest. Et quid faciant Arabes thurilegi invadentibus Judaeis?

Porro nec ideo potest referri hic redditus in Jerusalem sensu litterario percepto, cum huius nominis significatio sit propria: "ovile Baal"; Palestine enim componitur ex binis partibus scl. Pal et estina. Pal=Paal=Baal, estina autem idem est ac ovile teste voce similiter sonanti Hungara. Conversa ergo turba Judaeorum nequaquam in ovile Bal revocabitur, sed in illam Hierosolymam novam, in qua adunatur immaculate Sacrificium et Lex, ergo in Ierosolymam a Hunnosiculis aedificatam, a quibus et terrestris Ierusalem posita erat, primitur urbs Salem nominata in Chanaan, cuius rex atque pontifex maximus erat quondam sanctus Melchisedech. Theoremate domini Freemann i.e. copulatione nominis populi cum nomine botri lepidissime decoratur clypeus huius pontificatus, quoniam et ars sacra botro nectareo et arista tritici symbolis aptissime depingit dignitatem Christi sacerdotalem, quae in repetitione quotidiana sacrificii crucis cruentis i.e. s. missae quotidie celebratae. Vicissim in nostris explicationibus et spica tritici acceperat nonnullas partes ad demonstrandas mutationes, quae in consonantibus nominis Sichem inveniuntur.

Demum breviter pandere oportet apparentias ad cohaerentias mysterii et vitae hodiernae pertinentes. Mysterium etenim ipsum proprius ad nomen et plebem Sicanorum annexitur, in ea ortum est, sed proxime gentem Hunnorum i.e. Hungaros attingit in hunc populum collocans to-

tum pondus mysterii. Huius rei signa simul argumenta sunt sequentia:
1/Siculi Transsilvaniam habitantes cum Hungaris unum corpus, unam
animam, unam linguam et unum factorem politicum significabat plus quam
mille annos. Terra eorum hodie quoque unica formatio geographica est
continens pelluviimontibus Carpathicis cincti, modo temporarie sepa-
rati in mappis geometricis sub influxu motionum variarum civilium.
Unitas natura creata pelvis spatiose montium Carpathicorum modo ad
tempus conturbata est semper in cursu rerum gestarum fluctibus nati-
onalitatis perverse interpretatae. Igitur cuique tribuatur sorte re-
gio haec ex voluntate Patris coelestis, haec tellus perpetuo ab uno
imperatore dominabitur, donec configuratio geographica huius plagae
intacta manebit. 2/Gens Hunnorum et Siculorum non solum consanguini-
tate et lingua est una, sed etiam nomen et progenies patris atavi:
Sichem, Séchem hodie quoque in familia nobilissima magnatum Hungaro-
rum floret vigetque sclcomitis Szécheny.

3/ Dominus Deus Spiritus Sanctus omnium arcanorum sedulus custos
et infallibilis interpretator homini egeho Hungaro revelare digna-
tus est huius mysterii explanationem, cultum excubiasque eius. In hoc
aspectu curiosum est, quod quidam primorum Siculorum pensionatus di-
rector gymnasalis lectorque huius codicilli ingenue et aperte con-
fessus est in epistola sua gentem Siculam non esse suscepturam one-
ra mysterio coniuncta. Litteris domino datis demonstravimus tempus
adhuc non advenisse ad huiusmodi confessiones expromendas, quae mo-
do tunc erunt possibles, si aliquando populus universus penitus co-
gnitum habebit huius causae veritates :dein in statu vitioso nemo
quit praesagire, quid suscipiet vel omittet in habitu innocentiae.
Saltem tot certum est quidem nullam aliam gentem participem factam
esse vocationis, electionisque sublimioris, quae idoneam reddit prae-
destinatam nationem hanc in omnibus tribulationibus incolumem susti-
nere in sublimitate morum. Ideo si non suscipiat officia mysterii
Siculus, certissime suscipiet hilaritus Hunnus laetus fructificans
Hortulano Christo. 4/ Item Hungaris revelavit Dominus per Spiritum
Sanctum in Domino Jesu Christo adminicula valida ad serviendum fi-
deliter mysterium necessaria scl. Ordinem Familiarum Laicum et Sacra-
menta Ordinis Laici. Sine his fulcimentis enim homines haud queunt
se intelligere invicem, praecipue vero e turbationibus aetatis Apo-
calypticae fuga salusque impossibilis est, ast certissime insequetur
plaga impendens sexta et porro septima i.e. exitium lethale Eccle-
siae sanctae Romanae, denique incarnatio spiritus maligni, qui et Pa-
ganis atavis exitum lugubre affert. Attamen lubens receptio mysterii
e parte gentium ac ductorum et has ultimas plagas mortiferas quit
a genere humano avertere; si vero hic exoptatus casus non evenerit,

tunc quoque manebit vocatio in futurum gentis Hungarae durabuntque partes eius, quoniam evolutio coeli novi et terrae recentis i.e.aedificatio Hierosolymae nunquam prius visae seu urbis pacis modo his fundamentis aeternis, videlicet auxilio sacramentorum Hunnis revelatorum continget.

5/Ergo frustra tentabunt omnia in prībus minimis et maximis ministri exterorum et diplomatae ingeniosissimi, frusta movebunt omnem lapidem pacis firmandae gratia, frusta periclitabuntur omnia Judaei arte:pacta foederaque potestatum magnarum irrita vanaque manebunt, quia contractus sine sacramentis Ordinis Laici icti cito solventur, et mortales celeriter adducentur in periculum ultimum et omnem viventem confecturum. Ipsa conamina Beatissimi Patris sincera infecunda steriliaque manebunt, quoniam post exiguum tempus res ad hierarchiam venit. Huius moliminis inanis efficax remedium modo in mysterio nostro invenitur et ex ea spiritualitate oritur, quam Jesus Christus, Salvator mundi ab atavis nostris Hunnosiculis susceperebat in suam SS. Personam, et quae mentalitas hodie quoque prītatur a gente Hunnorū naturalitate et sancta simplicitate descripta.

Causa ergo propria, propter quam Dominus noster Jesus Christus pontificatum suum seu animam suam creatam de gente exigua Sichemitarum susceperebat, non forma sacrificandi erat, quae non solum a Melchisedech, sed etiam passim fere omnibus Paganis sacerdotibus usitata esset; non solum id erat causa, huius electionis, quod Melchisedech sacerdos Altissimi erat, cum multi alii fere omnes tales sacerdotes fuissent, velut Jetro, Raguel, Job, Zarathustra etc.; non tabellae genealogiae aut parentia earum :sed fons et origo huius electionis est iste character ingenuus, cuius emanatio est et sacerdotium. Ergo haec indoles gentis est complacita Deo Patri, ut hac vestiretur etiam Eius unigenitus Filius, qua natura differunt gentes inter se et efficiunt varios typos gentilicios, quae indoles hodie quoque floret vigetque in Hunnis. Huius ingenii popularis species separata atque originalitas praesentat se in artibus liberalibus: cantu, saltu, pictura, poesi, forma ratiocinandi et omnibus emanationibus spiritus ac animi testibus ethnographicis. Et ad hanc gentem istam indolem habentem se Christus propensum continue effatim, diffuse ac efficienter monstrabat potissimum in colloquio de Sichar ad puteum Jacobi cum muliere Sicana sato.

Huius autem habitudinis cultusque signatura grata est naturalitas, simplicitas divina, promptitudo ad servitia humillima facienda, affabilitas, facundia, benevolentia, omnia hoc verbo Christi signata: servire veni non imperare. Cuncta opera Salvatoris hac simplicitate, si fas et jura sinunt dicere Hungara, his virtutibus decorantur arcenti-

bus omnem hypocrisim, histrioniam, simulationem virtutis fallacem et libidinem, sed mente angusta ac humili efficientibus prodigia maxima.

Christus curans leprosos non mittit eos ad apothecarios, sed sacerdotes, ut in via procedentes sanati ostendant se rabbini ex vulneribus curati ac mundi. Caeco applicans manus suas SS. medicas haud uititur medicamine in apotheca cocto vel unguento, sed luto depsitatio purgat suffusionem ocili. Rheumaticum haud mittit in thermas climaticas, at prope detentam Siloe, et sanabitur aegrotus. Pabulans multitudinem esurientium nequaquam dirigit discipulos suos ad pistorem dulciarium vel furnarium, sed libis manualibus et aliquot piscibus multiplicatis satiat quinque milia hominum. Ac huic mentalitati probatae convenienter ad corpus suum a virgine Iudea susceptum, a proximis vicinis Sichemitis mutuatus est Christus spiritum suum, animam suam nonnullos annos durantis incolatus sui terrestris. Haec veritas sic circumscribitur ab ecclesia sancta: „A compluribus ss. patribus ad Jesum referuntur haec verba: Dominus possedit me ab initio viarum suarum, - in quantum Is quasi Filius Dei, animam, quae creata est, suscepit et incarnatus est." Ex his verbis consequenter Dominus noster Jesus primum suscepit animam, deinde carnem, et quidem animam Sichemitis creatam suscepit Dominus, quemadmodum corpore Judeis iam dudum creato velut veste amicivit Se. Haec autem spiritualitas a Sichem mutata adeo alienata est a Judeis, ut nec hodie quidem potuerint exuere hanc aversionem a Christo. Ideo Christo aequales Iudei libere ac aperte professi sunt: „Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, et daemonium habes." Iuxta explicationem authenticam: „Quia adeo repugnas nobis, nonne iuste nominamus te Samaritanum, adversarium antiquum Hebraeorum." Ergo animus Sichemitarum, h.e. nidus amoris, concordiae nec non aversionis odiique iam primitus adversans erat Hebreis; sequenter si Jesus animam suam a Hebreis assumpsisset, non fuisset repugnatorius gentis suae, sed fuisset Ipse quoque unus Kafas vel Annas. Quoniam vero Dominus noster Jesus Christus rex et pontifex studiosus erat negotiorum ignobilium gerendorum, hac re comiter monstravit mentem suam in Sichem creatam et a Sikanis portatam. Et haec mentalitas, haec humilitas ac demissio animi ante omnem potestatem, promptitudo ad laborem obligatorium in omni iugo perficiendum hodie quoque eminens proprietas est spiritualitatis Hunnosiculae, cui opponitur desiderium flagrans imperandi in charactere Iudeo situm.

Lex ergo huius mentalitatis et spiritualitatis est Hunnosiculae, quod dominationes et potestates mundi imperio huius animae se subjecere necessarie debent propter Christum praescribentem hoc exercitium humilitatis imperatoribus cunctis symbolisatum consuetu-

dine rituque usitato regum Christianorum in liturgia passionis hebdomadae Dominicae. Quamobrem consilia praesidum rerum publicarum ad irritum redigentur semper, si^a hac lege liberos arbitrentur procuratores democratiae. Haec lex psychologica his verbis publicata est Christi ad Petrum adversantem directis: „Venit ergo ad Simonem Petrum, Et dicit ei Petrus: Domine, tu lavas mihi pedes? Respondit Jesus, et dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in aeternum. Répondit ei Jesus: Si non lavero Joan. 13^te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum 6-10. pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei J̄esus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.”

Haec actio symbolica Domini nostri Jesu Christi nunc iam plene ac perfecte intelligitur illustrantibus radiis x temporis Apocalypticis et ab ecclesia sancta interpretata his verbis: "Lavatio pedum amorem proximi semet offerentem activum significat, i.e. quisque secundum an. lo. tatorum Christi semet ipsum pro vicino offerentem et servitia vi- lissima ei facere pronam dilectionem exercere debet." Ast Hodiernum iudicium ac intelligentia popularis acute opponitur huic legi a Christo latae, quia duces maximi et politici plane atheistae pro semet ipsis fixisque ideis suis sine haesitatione facillime conveniunt offerre innumerabilia milia proximorum; ipsi vero magnates isti pressi : aufugiunt, citque aélbuntur. Attamen et hoc ludibrium falsum finietur propediem, et non durabit in infinitum sine multa, quoniam et agyrtæ rationem reddere debent aliquando Domino Deo nostro. Haec lex autem Christi i.e. edictum sanctum naturae in hoc discrimine rerum comprehenso illius consilio sic pronunciatur mente Jesu Sicana dominationibus maximis: "Si non laveritis pedes gentis meae electae Hunnosiculae, non habebitis partes mecum, haudquaquam adipisci emini pacem, nec potestis tranquillitatem donare cuiquam."

Si igitur ministri clarissimi et praesides et antistites et prefecti clerici et laici non laverint pedes sordidos squalidosque gentis proculatae Hungarae suis manibus ac lachrymis: nunquam nanciscetur pacem veram, modo vana spe fallentem. Restat adhuc spatium annorum quadragesinta conversionis gratia a Domino concessum, et si non evenerit commutatio morum in melius, appareat raptim nec opinatus sed definite praesagitus exitus generis humani in tragoediis a satana inspiratis. Hoc ingenium, haec indoles naturae a Christo et altera gente electa Hunnorum portata est fundamentum firmissimum pacis, et super ea aedificantur moenia tuta urbis novae Salem. Ergo gens nostra Pannonica Filii Dei animam et spiritum portans ideo reprimitur nunc usque ad servitatem serviendam, ut illi, qui semet ipsos usque ad sidera extulissent cultu, occasionem nanciscantur sub-

missionis in animo fracto verae ac contritae, dein deditio nis since-
rae ac spontaneae ante faciem latronis cum Christo crucifixi. Hoc
est purum et castum exercitium humilitatis ante miseram contemptam-
que gentem exagitatum, non vero ante imagines pictas vel sculptas pro-
fessa exercitatio saepe poenitentiam simulatam agentibus similiter
insensibiles; neque solum ante thronos sacerdota les, non secus axalta-
tos in oculis hominum ac politicorum. Hac poenitentia intestina, hac
tristi metanoea peccata expiare, scelerum maculas abluere, tandem veni-
am laboribus contritionis exposcere a Supero Rege criminibus nostris
laeso debent omnes domini ductores; Pagani, Judaei nec non Christiani.
Itaque vires animi potentium et optimatum probantur debilitate infi-
firma gentis Hunnorum subjugatae, ubi laps Lydius humilitatis abscon-
debatur a Patre, ne quis imperatorum glorietur ante vultum sanctum
Domini, quia non datur aliis dominus in mundo, et quaelibet dominatio
existat in orbe, tantummodo a Rege divino ex Eius gratia existit. Haec
confessio publica pronuncianda est a quovis imperatore et domino,
promulgaturque supra descripta forma poenitentiae.

Ergo si potestates dominationesque sua foedera, sua facta iudicia
absoluta, precesque ratas fieri velint ante faciem Domini, has ratio-
nes oportet praetexere triumpho: 1/ Pater Optimus Maximus ambos popu-
los elegerat Sibi symbolisantes Filium Suum unigenitum Dominum no-
strum Jesum Christum scl. Hunnosiculum et Judaeum. Nunc ex his binis
gentibus solum tribus Hunnosicula obtinuit sortes suas electionis,
postquam altera scl. Judaea Christo, vero Messia crucifixo et abiepto
ipsa quoque rejiciebatur ac dissipabatur emisso et Patre, cum ad Pa-
trem modo per Christum pateatur via et aditus revelante Salvatore.
2/ Huic populo Hunnosiculo omnibus bonis privato primissime commisit
Dominus curam legis supernaturalis, studium executionemque iuris di-
vini et demonstrationem in exemplis pragmaticis vitae lucisque. Com-
positio legum naturalium a hominibus quaesita et quadam provincia
Americana ursa Sacramentis Ordinis Laici aptissime conserta omnibus
ad usum communem omnium factionum in promptu adsunt. Modo istae dispo-
sitiones et doctrinae congruunt sacramento voluntatis Dei in natura
abscondito, quae his Sacramentis Laicorum sensuique eorum responde-
ant. Cetera theoremat a cuncta sub influxu spiritus maligni reperiun-
tur. 3/ Consequenter oblatio sui sincera Domino producta in eo posita
est a Patre, ut qualibet potestas et dominatio mundi gestatores ho-
rum sacramentorum honore prosequeretur et gentis electae Christi as-
securaret plenam et perfectam independentiam, intactum apparatus ci-
vile ad liberaliter faciendum servitium ^{legis} studendae ac exercendae gra-
tia in circumstantiis ab omni pressione solutis.

4/ Ditiones maximae atque firmitates, nec non minoritates parvulae cuiuscunque nationis vel factionis consilia, proposita foederaque perficienda ad amplius deliberandum iuxta leges Christi permittent huic genti electae, quae vicissim in suis conciliis comitialibus ad normam iuris Christi illustrata profert resultata consultationum publicarum suarum.

Hoc erit holocaustum acceptabile ante faciem Domini in nomine et lege Christi crematum, cuius necessitatem urgentem suffragantur res gestae hodiernae, quoniam hoc iure Christi omisso non datur pax mundo, contrarie ex inimicitiis alternatis succrescens certum exitium lethale generis humani ab omnibus vatis praesagitum. Ad hoc libamen pium castumque videntur alludere ipsius Salvatoris verba: "Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur, et Joan. loegreditur, et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant."

9,10. Jam vero quaevis janua regia et pontificalis binas valvas habet i.e. e. binis foribus fabricatur, quemadmodum et Janus, deus mensium et annorum, arbiter pacis bellique gemina facie fuisse fertur. Similiter et oves Christi in stabulo agnorum congregati generis sunt duplicitis scl. Pagani et Judaei. Christus ergo, ille Pastor Bonus, quasi porta huius caulae munitae lataeque, qui curat oves oviumque magistras, pariter cum Jano, deo portarum, faviem naturamque geminam suscepisse dicitur in Sua SS. Incarnatione scl. corpus Judaeum et animam Hunnosiculam i.e. Paganam. Porro et utraeque fores item in se hanc bifariam speciem monstrant, inquantum altera valvarum exstructa sit ex parte Judaea ie. Semita, altera vero Hunnosicula i.e. Chamita; sic duo filii patris atavi Noe glorificantur in Christo quasi ostio uulnis ut in fine ludorum scenicorum generis humani inveniet et Japhet, filius tertius, suam salutem et partem in apparatu redemptorio Christi.

Ergo ut tribus Hunnosicula, gens electa quasi alterego Christi et a sacerdotibus et a laicis aspiciatur ex ea re legitime liquet, quoniam altergens electa scl. Hebraea sua electionis gratia amissa quasi alterego antichristi de facto negotia cunctarum nationum consultat, et exinde oriuntur cunctae seditiones et revolutiones internationales naturae corporis et materialitatis congruentes. Ideo oportuit et alteram gentem privilegiis electionis exornare, ut ab ea nasceretur pacificatio tranquilla animarum irritamentis fallacibus spirius maligni vexatarum e legibus et iure Salvatoris operante altero populo derivata. Haec est ratio et consequentia logica mystrii a Spiritu Sancto de electione Hunnosiculorum revelati.

Praesto sunt et alia multa signa, indicia, omnia auguriaque ausplicata, quae ad hanc electionem alludere videntur, velut apostasia communis a Christo in principio Judaeorum in fine Christianorum, frequentia pseudoprophetarum et pseudodidascalorum praecedens adventum incarnati satanae, continua gradatio miseriae tribulacionumque, quo referuntur varia systemata schedarum in pabulatione et vestitu incolarum fraudibus circumventorum, parabolae plures ipsius Salvatoris, quarum praeclarissima est de servo prudenti composita describens fidelem nec non famulum nequam. „Beatus ille servus, inquit Redemptor quem cum venerit dominus eius, invenerit sic facientem“ scl. cibum in tempore familiae domini praebentem. Hunc constituet dominus suus super familiam suam. Ast malum servum scl. percutientem conservos suos, manducantem et bibentem cum ebriosis, dividet Paterfamilias M.O., partemque eius ponet cum hypocritis. Ecce imagines duplices gentium electarum binarum: alterius seditiones motientis, et alterius pacem salutemque afferentis.

Matth,
24.46.

Similiter prudentes illae virgines exeuntes obviam sponso et sponsae lampadibus acceptis oleum quoque sumpserunt secum, e contra fatuae haud portabant secum Palamdis donum sperantes posterius mutuare posse a possidentibus. In hac parabola autem nomine olei significatur fidei coniuncta opera i.e. secundum sacramenta Ordinis Laici exacta voluntas Domini, quibus vestitur anima quasi velamini-
bus pretiosis candidisque, vicissim nuditate symbolisatur penuria
1-12.
Apoc.16. laborum sine fide susceptorum.
an. lo.

Matth.25
1-12.

At splendidissime illustrantur arcana mysterii Hunnosiculorum vocibus Nohae, testamentum facientis patriarchae reparatoris secundam generationem humanam, quibus quasi hereditate principali dimiserat filios suos in orbem terrarum, maioribus scl. Sem et Japhet benedicens cumulansque eos dono ditionis et tabernaculorum amplorum; minori autem nempe Cham maledicens oneravit illum servitute acerba et hereditaria. Hanc indolem servilem suscepit et Jesus in SS. Personam, immo Ipse quoque velut novus Pater humanitatis secundum animam factae creataeque, a Quo disseminatum est omne genus Christianorum super universam terram, hanc hereditatem servitatis distribuit discipulis fidelibusque suis, ut sint servi servorum Sem et Japhet fratribus suis. Hunc titulum servitutis sustinet et Pater Beatissimus nominans semet ipsum: Servus servorum Dei, sensu proprio testamentum facientium amborum scl. Noachi et Jesu omnibus fratribus bonis et malis, amicis et inimicis. Itaque haec verba viatica comitant vestigia principum trium atque universae progeniei eorum terras longinquas obeuntis desertaque incerto pede pergrantis.

Evidens est ergo et perspicua congruentia indolis morumque Christi, filii Dei atque Cham, filii Noae sobolisque eius speciatim Hunnosiculorum. Quemadmodum enim benedictiones, dominatusque principibus Sem et Japhet attribuuntur, a quibus manant et ad propaginem universam, singulariter vero ad gentem Judaeam ex ipsa nativitate Christi a Judaeis facta, similiter partes servitutis diraeque calumniae attinent ad omnes Chananaeos specialiter ad Hunnosiculos ex pontificatu Christi ab his suscepto. Nihilominus consequebatur plerumque teste historia, ut interdum et posteritas diri ac abominationi filii flatu fortunae secundo uteretur.

Hoc modo, hoc sensu habitant et Japhetitae et Chamitae in tabernaculis Sem, respective progeniei eius scl. Christi, qui est secundum corpus Judaeus, secundum vero animam Sicanus i.e. Hunnosicus. Tabernacula illa, hoc ovile Christi est locus iste, quem nobis praeparare abierat in coelum iuxta promissionem apertam testimonia Joan. 14.1em: „Iterum venio, et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et vos sitis.” Haec sunt ergo tabernacula pulchra Jacob et tentoria Israel, quae a Domino nostro Jesu Christo praeparantur, non vero a synagoga satanae et antichristo adornata, quae sunt iuxta prophetias stagnum ignis et sulphuris.

Haec sunt partes Sem et Cham verbis Lamechidis aenigmaticis adumbratae, mysterio vero Hunnosiculorum splendide illuminatae; nunc iam denique colligendae sunt spicae dissipatae ad sortem futuram Japhet pertinentes.

De his fratribus tribus reparatoribus atavis hominum scribit exegeta sequentia: „Benedictiones nec non maledicta Noachi adimplebantur, quoniam a Sem orta est gens electa, quae inter omnes nationes sola cognosceret Dominum Deum verum et coleret dignande. Japhet propagine dilatata locupletatus est, et posterius revera inhabitabat tabernacula Sem, inquantum nepotibus eius longa origine demissis evagelisaretur salus ventura a Judaeis. Propago autem orta a patre Cham prioribus servi facti sunt, ab Israelitis devicta terra detruderetur Chanaan. Vulgo in Asia extendebantur posteri Sem, in Africa diffundebantur nati Cham, in Europa vero propagabantur proles Japhet.” Ad hanc interpretationem annotare oportet sequentia: 1/Exegeta modo unicam gentem electam opinatur, quae sola nosceret Dominum verum Deum. Haec opinio minime congruit veritati, quoniam ex argumentis supra enumeratis perspicue apparet et altera gens electa Domini, qua symbolisetur pontificatus Christi perinde ac maiestas regia Eius. Deinde et ceterae gentes cognoverant et adorabant honore laudando Deum verum teste s. Scriptura et ecclesia sancta vdl. Melchisedech et populus eius iam ante ortum Judaeorum, qui

saepicule ipsi quoque declinaverunt a via recta cultus veri denique in apostasiam labebantur abiepto Messia vero. 2/Salus veniens a Judaeis per Jesum primitus non filiis Japhet evangelisatum est, sed Samaritanis, Galilaeis paganis, hi autem Chananaei erant nominatim Haetaei, Jebusaei, Sichemitae etc.* omnes progenies Cham et non Japhet iuxta tabellas genealogicas.

3/E prole harum ambarum stirpium surgebant reprezentantes cultus Mosaici et secundum ordinem Melchisedech i.e. Israelitae et Christolae, quamquam pars maior Semitarum sectatores Mahometi facta est, quin veritas theoriae turbaretur, cum islam mixtura sit doctrinae Mosaicae et Christianae. 4/Ab his omnino discrepat doctrina Buddhæ independens a disciplina Moysis et Christi; Sakjamuni colitur vero a Ganeticis Indis atque fere ab omnibus cultoribus orbis extremi Eoi. Ergo hic cultus divinus iure aspicitur velut hereditas Noachi per filium Japhet dilatatus atque servatus liberatusque ex undis diluvii, quae religio ex incunabulis protoevangelii in Paradiiso revelati succrescens originalem typum cultus decentis prae- buit humanitati primæ. Huic opinacioni honestae suffragatur et persuasio communis gentium classicarum Iapetum atavum principalem fuisse totius generis humani. Nihil repugnat suppositioni, quod nomen atavi Japetos ante diluvium viventis hereditate accepit et Japhet filius Nohæ.

Quomodo cohaereant nunc partes duae tertiae humani generis cum apparatu redemptorio per Christum facto, quae a nobis nomine collectivo Buddhistæ vel Japhetitæ appellantur, notitia mysterii Hunnosiculorum expedite illustratur. Ex causali copulatione enim rerum novissimarum eventus Apocalyptic sequentur hoc ordine alius alius: 1/apostasia universalis in fidem Christi receptarum gentium; 2/deculatio sanctæ Romanae Ecclesiae; 3/incarnatio satanae i.e. antichristi; 4/ Conversio Judaeorum omnium ad Christum Messiam, atque cito instans extirpatio eorum ab incarnato satana; 5/adventus gloriosus Christi iudicis mundi, atque iudicio habito ultimo transfiguratio terrae coelique in novum orbem recentemque Olympum. Haec enumeratio eventuum facta est congruenter interpretationibus ecclesiae sanctæ.

Ex his revelationibus omittebantur Pagani atavi a nobis Japhetitæ nominati, qui etiam a Providentia divina occultari videntur in epocha Christiana, quibus nec theologi nostri operam navabant dignam. Ipse s. Paulus apostolus una cum Timotheo vetatur a Spiritu Sancto verbum loqui Dei in Asia, sed in Macedonia revocatur atque versus Europam dirigitur. Cum vero tentassent in Bithynia praedicare non permisit eos spiritus Jesu! Evidens est ergo voluntas Dei

hos Paganos atavos i.e.Japhetitas intactos retinendos esse a cultu novi Testamenti,tametsi mandata Christi digerebantur quoque a missionariis particulatim euntibus ad omnes gentes docentibus ac baptisantibus eos.

Neque hucusque gravius perturbabantur hi ethnici in circulis suis religiosis,nunc vero ubi pluris interesse incipit illis Christi ss. Persona,iam-iam effringitur ianua iudicii ultimi.Nunc quidem vis maior adhibitur ad convertendos Japhetitas,tamen nec hodie quoque est consilium verisimile Providentiae duas tertias generis humani i.e.atavos ethnicos missionariis laborantibus nostris ad Christum convertere Messiam ex his causis eminenter:1/ ad hoc pensum grande persolvendum scl,iam non sufficit mora annorum nonnullorum insequentium ad consummationem operum.2/Haud multum sapientiae coruscat in conatu,ut in Asia sescenties decies centena milia Pagano-rum lucremus,hic vero in Europa totidem Christianos in apostasiam mergere sinamus.Quid prodest hoc ad aeternitatem?! Spiritus Dei nihil imprudentiae confedit in operibus naturae,tunc certe minime permettет hanc debilitatem molestam in sublimitatibus fidei.Si pastores nostri reverendissimi non potuerunt custodire multitudinem fidelium Christi in Europa,tunc verisimiliter haud conceditur illis repetitio huius mancae mutilataeque pastorationis in Asia.

Ut ergo haec res coniectura assequi potest,labor ad convertendos Judaeos et Paganos atavos i.e.Japhetitas et hodie in paganismo repertos non sacerdotibus nostris extēnis reservatus est.

Judei etenim usque ad illum spatium temporis inimici manebunt Christi secundum evangelium,et caecitas ex parte contingit Israel, donec plenitudo gentium intraret scl.interpretante exegeta donec a Deo constitutus numerus magnus Paganorum intraret ecclesiam sanctam.

Luc.21,24 tam catholicam.Tunc omnis Israel salvus fiet iuxta verba prophetae

Joan.10,16 „Et effundam super domum David,et super habitatores Jerusalem,spiritum gratiae et precum:et aspicient ad me,quem crucifixerunt:et

Zak.12.10. plangent cum planctu quasi super unigenitum ..in die illa magnus erit planctus in Jerusalem ..et planget terra:familiae et familiae seorsum..” Itaque conversio gentis lapsae repente evenit unica ejaculatione luminis Christi versura Sauli p̄aefigurata.Et tunc sequitur quamprimum apparente Salvatore iudicium universale iuxta doctrinam ecclesiae sanctae:„Tantum ad ultima tempora certum est

Apoc.20. an.10. Judaeos ante ultimum iudicium cunctos introituros esse in s.ecclesiā.” Constat porro „magnum numerum Paganorum”i.e.partem tertiam generis humani iam conversam esse,immo apostasiam huius partis Paganorum scl.Christianorum paulatim finitoram esse,ergo conversio Paganorum atavorum seu Japhetitarum aliis factoribus est reserva-

ta a Domino non vero sacerdotii externi i.e.missionariis nostris. Velut enim s.Paulus unico ictu Verbi obcaecatus est,similiter universus Israel excaecatus luceque Christi privatus sonitu tubarum illuminabitur illico. Consequenter luce Christi orta unico signo eveniet et conversio Paganorum repente atque incipit insons ac immaculatus labor a peccatis absolutae humanitatis secundum sacramenta Ordinis Laici. Donec autem tempus opportunum ad hoc pensum perficiendum adventet,iam nunc initiari potest ac suscipiendus est labor sollicitus studendae atque exercendae legis divinae ab illis, qui divino instinctu concitarentur et a Domino ad hoc opus monitis coelestibus formarentur et ex quorum itinere eruditio,scientia et situs bonorum impedimenta cuncta amoverat.

Si ergo scribat exegeta ecclesiam sanctam deculcatum iri,haec enuntiatio tantummodo ad sanctam Romanam Ecclesiam nec non ad sectas eius referri potest,non vero ad illam ecclesiam Christi,adversus quam non praevalebunt portae inferi i.e.ecclesiam universalem Christi scl,genus totum humanum in se continentem,cuius incolae civesque iam non Christiani nominabuntur,sed erunt iuxta essentiam et naturam filii Dei ab omni peccato salvati,soluti,in unico ovile duce singulo Pastore congregati.Haec ecclesia Christi revera minime periclitabitur interitu ecclesiae catholicae Romanae amissis sescenties decies centenis milibus fidelibus,modo damnati detrimentum capient non vero ecclesia sancta Christi,quandoquidem proportione apostasiae Christianorum convertetur universitas Judaeorum una cum turba Buddhistarum i.e.Paganorum atavorum cuiuscunque confessionis copulate Japhetitarum.Illis enim signis in terra et in coelo apparentibus non solum Judaei lapsi excutientur,sed etiam omnes animae corpore humano velatae rigentes ac torpentes commoventur calore aestivo solis Christi.

Conversio ergo cunctorum Japhetitarum unico momento eveniet non secus ac Judaeorum lapsorum in versione sPauli praefigurato effusione ac eiaculatione spiritus gratiae et precum non vero catheisantibus missionariis.Nihilominus et horum labor est laudandus ac honore celebrandus,quoniam illi quoque praedicare debent evangelium omnibus nationibus iuxta mandata Christi.

Praegnanter loquuntur scripta sacra de patriarcha Iaphet,ideo breviter perlustrare oportet et illa verba grava ubiores significaciones habentia nomine fratum eius.Nomen proprium nimirum Sem ⌂ filii Noachi signat:a/nomen;b/memoriam bonam vel malam;c/monumentum.Haec fama et in bona et in mala relatione de facto invenitur in rebus gestis Judaeorum.Illustrissima monumenta exge-

Nihilominus radix propria nominis Chanaan est verbum: שָׁנָן significans:depressit,fregit/animam alicuius/,repressit/fastum alicuius/-depressus,fractus est,animum demisit,submisso se gessit. ut substantivum notat:sarcinae,merces.Nomen proprium est filii Chami;terrae et gentis Chanitarum;nomen gentilicium est:Cana-nita,Cananaeus;et in ultima significatione:mercator.Haec omnia etyma cum prius recensitis coniungi filis mentalibus demonstrat congruentia vocum Hungararum et Hebraearum.Ecce קְוִינָה i.e. קְוִינָה = statuit,stabilivit;erectus stetit,confirmavit,fundavit,condidit,creavit.aptavit,direxit/arcum,sagittas/;Participium:firmus,sta-bilis,intrepidus/animus/,constans,certus,verus,rectus,sincerus. Ex hac radice oriuntur nomina personarum et urbis Phoenices;ea-dem vox integra ac immota floret in lingua nostra Hungara ut de-nominatio gentis Cumanae,Hungarice:KUN. Alterum vocabulum autem:

קְומָה cum suffixo: קְומָה notans:socer,socerus scl.marito pater uxoris et vice versa.Idem etymon viget et in lingua nostra hac formula:„koma"signans:compater.

Sensus autem cuncti verborum descriptorum subtiliter glorifi-cantur in Verbo Incarnato,Domino nostro Jesu Christo.Amen.

runt posteri Sem in Assyria ab Assur, filio Sem, dein Thurilegi Sabaei, innumeri divites odoris Arabes ceterique filii Sem. Monumentum aspiciuntur et tabernacula Sem, quorum secreta scire debuit et propheta Bileam vaticinans ac admirabiliter extollens tabernacula Jacob. Jesus quoque, Dominus noster, tabernacula praeparatus revertebatur in coelum. Haec tabernacula enim, quae iuxta testamentum Nohae recipient Chamitas et Iaphetitas, non ad solos Judaeos referuntur, sed omnibus posteris Sem adscribuntur. Si vero ad solos Judaeos dicentur, tunc ceteri Semitae quoque omnes ethnicis adnumerandi sint. Singularis apparentia est, quod vox Hebraea אַחֲרִיָּה, qua tentorium appellatur idem etymon est grammaticum ac vocabulum Hungaricum: „hajlék” significans: tugurium, gurgustum, hac re autem argumentatur haec vox ex thesauro linguae Chamitarum mutuo accepta esse.

חָם. De nomine autem alterius patriarchae: Cham leguntur sequentia in dictionario antiqui Testamenti Hebraico sub titulo verbi: חָם significantis calefactus est, incaluit. **חָם** a/ adj.m.=calidus; b/nomen proprium filii Noachi; c/nomen Aegypti. חָמָר=calor, aestus; חָמָם=panis recens coctus et calidus. De Chanaan vero ibidem haec leguntur: sub indice verbi: חָמַן=statuit, stabilitavit, protexit. Nomen proprium est: חָמֵן=protector; alterum nomen proprium masculinum: חָמֵנִיָּה significans: Jehova protegit. Hac radix autem grammatica cohaerere videtur cum altero verbo: חָמַן significanti=propitius fuit, misertus est, benigne largitus est, misericordia dignus fuit, misericordiam imploravit et consecutus est, Deus largitus est benignitatem, gratiam. Ut substantivum usitatur etiam nomen proprium virorum nec non aedium liberarum. +/

Ex his significationibus splendidissime supereminet character originalis filii Lamechidis, reparatoris sancti hominum. Haec indoles vero generosaque natura execrati filii in omnibus portiunculis omnia Christo virgineo similis vocemque coloremque decorum juveniae, pertinentia ad memoriam beatitudinis, ubertatisque eorum praeteritae. Et si in his vocabulis etiam color subfuscus faciei sole adustus commemoretur quasi singularis proprietas huius progeniei, hoc quoque inveniatur in adjectivo „puniceus” notanti colorem regalem, flammeum, purpureum, quibus rubore solet rotis invecta aurora. Qui erant ethnici populi Syriae, Judaeis contermini, Phoenices, literarum et navigandi artis primi inventores in regione majoris Asiae, iidem erant Puni, conditores Lybicae Carthaginis, urbis celeberrimae totius Africae; iidem in regionibus boreis Fini, in Hungaria denique Huni, quia hae voces: Phoen, Pun, Hun, Hin, Fin sunt omnes eiusdem generis gentisque. Quod vero ad negotium servitutis pertinet, qua posteritas Cham oneratus erat a patre vitisatore, etiam huius

multae monimentum immortale custoditur voce Hungarica: „hám” signanti phaleras nitentes lacerasque atque ephippia varia ac juga lora, sub quibus coguntur juvenci pascentes. Ergo nomen patris puniti ac servitute onerati transferebatur ad instrumenta apparatusque servitutis molestae, quibus onerantur tauri, bovesque non secus ac servi emititi.

Nunc de principe Japhet scribitur in antiqua mythologia Graecorum nomen eius derivare a verbo: Ιάπτειν significanti: mittere, jaculari. Ipse unus est titanorum natus a patre Urano et matre Gaea, i.e. coelo et terra. Uxor eius Clymene et Asia; filii: Prometheus=providens, Epimetheus=sero poenitens, Atlas=viriliter portans, et Menoetius=renitens. Filius porro Prometheus erat Deucalion, reparator novae humanitatis post diluvium natae, quamobrem Japhet princeps attavus percipitur generis humani a theologia primigena. Auctore Welcker gens Helladis Asiatica in persona Japhet memoriam nominis filii Noachi immortalitate gloriavit, in cuius progenie etiam nomina tribuum Graecarum inveniuntur. Opinioni Welcker favere videntur fabulae Graecae ad diluvium pertinentes nec non tabellae genealogiae Japhet, demum reminiscentiae Asiaticae.

Cum autem Graeci i.e. populus Grajorum tantummodo agmen quodam esset a multitudine Indorum seiunctum, quo circa coniunctionem affinitatis, cultus et historiae signat inter stirpes Indorum et Germanorum: ergo recte pieque aspiciuntur evangelia Japhet a patre Noe filio suo data hereditaria et in Genesi custodita pars sorte accepta Paganorum Asiam incolentium nempe Buddhistarum ceterarumque confessionum orientalium secundum spiritum Japhetitarum.

Vicissim e recensionibus a Moyse scriptis atque vestigiis dictionarii Hebraei confirmantur sequentia: יְהָנֵן pro יְהָנֵן nomen proprium filii Noae derivatur a verbo: יְהַנֵּן significanti: aperuit; os suum ad edendum, cantandum, loquendum; Deus aperuit os alicuius, loquendi potestatem ei fecit; Deus aurem alicui aperuit, ei aliquid manifestavit, alicui se liberalem praebuit. Dein solvit, liberavit captivos, strinxit gladium; liberatus est. Ostium, januam portam aperuit; metaphorice: ostia, porta, spei, declaratio, clavis, apertio labiorum.

Haec verba autem cuncta manifesta signa, indicia, vestigiaque sunt evolutionis generis humani lapsi emersuro e mari rubro peccatorum in statum redemptionis immaculatum, ut in illis Japhetitis adimpleatur demum verba parabolae de uno pastore et de uno ovile a Salvatore praedicata; ut illi benedicti posteri patris Japhet aperiant corda auresue ad audiendas susurrationes Spiritus Sancti

suasque aliorumque, os ad loquendum mirabilia Dei, liberantes captivos a vinculis catenisque satanae i.e. antichristi Judaeos lapsos Christianosque, et incipientes vitam ab omni peccato immaculatam omnia restaurantes in Domino nostro Jesu Christo, cui laus et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Iam vero et iurisdictio divina postulat, ut factio triplex generis humani a tribus principibus exurgens atavis sorte assequatur promissa fidemque verborum patris Nohae perfectissime in ea enodatione rerum aeternarum apparens, quae ecclesiam catholicam i.e. ad omnes leges Christi extendentem harumque legum moderamina servantem in sua forma glorificata atque in ultimo actu per Japhet restauratam manifestabit, postquam ^{humanum} scl. genus vitiis flagitiisque corruptum ac depravatum triplex sacrificium cruentum obtulerat SS. Trinitati expiato numine sacro libamine primum quidem vastatis diluvio Paganis atavis, dein dissipata et abjecta gente electionis, demum vero igni et grandine eversis Christicolis. Haec renovata, ex effusione incendiorum renata per Christum redempta gens humana in Japhet dilatata nominabitur societas filiorum Dei i.e. Sancta Budhana catholica Ecclesia Christi, ut ex divinationibus conjecturam ducere atque logistice opinari decetque licetque.

Ad hanc explicationem futuram videntur alludere et verba Salvatoris dicentis: „Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eiustener fuerit, et folia nata, scitis, quia prope est aestas.”

"21.19. Ad quam arborem referuntur haec verba aenigmatica? Ficulneae Hebraeorum minime adscribi possunt, cum diceretur: „Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum! Ergo divum augurium Salvatoris ficum solam religiosam potest attingere, sub cuius tegmine umbroso recubans lassus viator Buddha a Spiritu Sancto illuminatus est.

Effusio gratiae divinae iterata aspicitur et in enodatione mysterii Siculorum, in constitutione Sacramentorum Ordinis Laici atque specie Crucis Stellatae his omnibus revelationibus indignis Hunnis datis, genti electae alterius atque unicae, cuius filii sub corona vendebantur nuperrime in memoriam aeternam Christicolarum, ad maiorem gloriam exaltatae humanitatis, nec non democratiae.

Denique non est vile signum testificans identitatem utriusque animae ac ingenii scl. Christi et Hunnosiculorum odium, quo semper gerebantur et geruntur vicini proximi erga possessores ambos. Quemadmodum enim Hebrei Jesum oderunt gratis, sic et Hunni odio incomprehensibili sunt apud omnes, licet in una patria decemplicium lignarum et tribuum dominati sint millennium. Nunc vero ab his fratribus inclementer dilaceratur terra animusque Hunnorum!.

Dein dicitur a Salvatore: „Quod natum est a carne, caro est: et
quod natum est ex spiritu, spiritus est.” Ergo iuxta hanc legem
nativitatis duplicitis Dominus noster Jesus Christus natus est a
Judaeis secundum carnem; secundum spiritum vero a Paganis, sic
dictis Sikanisi.e. Hunnosiculis.

Denique ex certis possumus cognoscere auspiciis Christi hanc
fidem manifestam dicentis: „Beatus es Simon Bar Jona..et ego dico
tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam
meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam.” At vero
Matth.16,
17. Petrus, ut constat, non erat Judaeus secundum nativitatem, sed Pa-
ganus specificie Hunnosiculus. Ergo Ecclesia Christi immaculata,
a peccatis soluta et ex ruinis Ecclesiae sanctae Romanae catholice
cae reviviscens super hanc petram Buddharam Paganorum aedifica-
bitur aeterna, quorum patriarcha a gente classica Graecorum et
Latinorum fertur et traditur: Japhet.

Eundem sensum, eandem sententiam patefacere videntur et verba
Christi ad Petrum directa: „Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat
fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos”. Hic
versus modo sequenti interpretatur ab exegeta: „Simon! Tu es lapis
angularis ecclesiae meae. Satanas et te et socios tuos et omnes fi-
deles meos a doctrina mea avertere conabitur.. Tu quoque vacillabis
sed iterum reverteris. Hoc facto corroborata fratres tuos in fide.
Dominus hic pollicetur capiti ecclesiae et omnibus posteris legi-
timis eius veram confessionem Christi, quemadmodum haec a Petro
enunciata est, fidem veram apud eos nunquam desitaram esse. Hoc tunc
fieret, si palam et publice ante congregatos fideles falsam doctri-
nam praedicarent vel consentirent de errato, mendo. Hoc nunquam ac-
ciderat neque eveniet! Non datur ergo alia possibilitas nisi ea,
ut Pater quidam Beatissimus temporis Apocalyptic festum ordinet
Christo, Pontifici Paganorum, quemadmodum prior Papa, Pius XI. con-
sisterat festum Christo, Regi Judaeorum. Haec est conversio Petri
an.21. ad Christum et quidem ad maiestatem pontificalem Christi usque ad
hunc diem celatam tenebris.

Caput duodecimum .

DE SERVITUTE CHAMITICA .

Itaque fatum lubricum Chanaan est servitus non solum scriptis, sed etiam indole eius testata hereditas paterna et vocatio in rebus gentis humanae gestis. Nec est haec quidem servitus tam simplex, quam primo visu cernatur, scilicet servitus servorum mercenariorum, sed discrepans in ea re, quod hoc servitium non in famulatu dominorum consistit, sed in ministerio faciendo servis et quidem servis fratrum suorum. Sic exprimebat hoc testimonium voluntatis suae iuxta traditionem atavus noster Noe; sic mandavit haec verba testatoris Moyses scriptis; sic interpretabatur dicta obscura patris vitisatoris Jesus, Dominus noster, lavans pedes apostolorum suorum, plantas sordidas creaturarum suarum, tamquam obstetrix vel mater lympha perfundit fluviali artus sordidos et fontana perluit unda vestimenta polluta natorum suorum. Ergo non continetur illa servitus modo in administratione servorum Dei, quemadmodum haec species titulo papali custoditur, sed extenditur ad serviendos servos fratrum. I.e. omnium Semitarum et Japhetitarum sine anxietate scrupulosa scrutando, utrum Deo aut antichristo serviant domini eorum. Itaque haec quaestio certe gravioris momenti est et digna meditatione intensa. Observemus primum, quid dicunt in hac causa scripturae sacrae.

Moyses has regulas instituit in negotio servitutis: „Servus et ancilla sint vobis de nationibus quae in circuitu vestro sunt. Et de advenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos. Et hereditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in aetrem; fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. Si invaluerit apud vos manus advenae atque peregrini, et attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius. Post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, et patruus, et patruelis, et consanguineus et affinis. Si autem et ipse potuerit, redimet se... Quod si per haec redimi non potuerit, anno jubilaeo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt servi filii Israhel, quos eduxi de terra Aegypti.“

Lev. 25.
44-55. Judaei ergo soli Deo serviunt ex iure Mosayco, quamobrem iam primitus omne iugum servile excutere conabantur de se, et contra colla alienigenarum hoc onere premere moluntur omni tempore, et ubique. Exinde vescitur eorum character motu seditioso semper et gignun-

Philip. 3,6. tur perturbationes revolutionesque mundi: hodie quoque. Exinde crescit conatus imperii mundi ex praceptoribus antiqui Testamenti, quo circa secundum hanc legem soli Judaei aspiciuntur „servi Dei" mandata habentes aliorum cultum, templo, altaria regnaque destruere ex praceptoribus Torae, et sic omnes ceteras gentes velut simplices: goi servitio humili premere omni modo et sine ulla conditione, convergentes in persequenda ecclesia Dei sine querela secundum iustitiam, quae in lege est.

Deut. 15, 4. Itaque in societate Hebraeorum velut „goj kodosch" legibus non concedebatur servitus, immo et omnino indigens et mendicus non erat inter eos, ut benedicentur a Domino in terra, quam traditurus est illis in possessionem. Si autem unus de fratribus eorum egestate opprimeretur, consanguinei cognati que i.e. Ordo familiarum laicus iuxta legem gentilicium debet pecunia, matreia, vi, auctoritate, gratia, opibus, influxu h.e. omni modo et subito liberare fratrem attenuatum Judaeum eo, ut imperium terrae omnisque potestas consortis impatiens tutum reddatur solis sabbatariis i.e. „servis Dei", cum antiquum Testamentum Paganos minime agnoscit servos Dei nec in baptisato statu. Praecepta tutelaria huius iuris Mosayci etiam in iumenta, pecora, animaliaque extenduntur; quo circa Tora excluditur et cogitamentum possibilitasque servitutis non solum alienigenis, sed etiam suis propriis sociis praebitae, eo potius insolens et vetita est apud servos Torae quaecunque forma laboris herilis ac servitii famulatusque laboriosae.

Judei ergo debent servos et ancillas de nationibus, quae in circuitu sunt eorum, mercede conducere, fratres vero opprimere duro tyranni jugo rigorosissime vatatur. Omnis labor a peregrinis, alienigenis exterisque perficiendus est, Judaeus vero apud Judaeum non ministri vicem reddit, sed vice colitur unius ex domesticis. Haec instituta regulaeque Torae sunt vis magica prosperitatis rapidae proventusque lucrosi Hebraeorum in multitudine Christicolarum.

Ast plane alia, discrepans et contraria est mens ac ordo sententiarum novi Testamenti ex praceptoribus Domini nostri Jesu Christi utiles, salutiferas admonitiones multas proferens et commendans ipsissimis servis oneribus durissimis oppressis... „Servi-inquit s. Paulus-obedite dominis carnalibus cum timore, et tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo. Cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus: Ephes. 6, scientes quoniam unusquisque, quodcunque fecerit, hoc recipiet a D. 5-8. Col. 3,22. mino, sive servus, sive liber."

Eodem sensu loquitur et s.Petrus dicens: „Servi subditi estote in
1. Petr. omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dysco-
2. 18. lis. Haec est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis
tristitias, patiens iniuste.” „Subditi igitur estote omni humanae
creaturae propter Deum: sive regi, quasi praecellenti: sive ducibus,
tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.”
Nec adest, nullibi invenitur mandatum, monitum aut consilium, quomodo
liberetur attenuatus Christianus ethnicus a catenis servitutis. S.Pau-
lus dicit quidem servum vocatum nihil curis mordacibus angi et si po-
test fieri liber, magis utere; ecclesiastes autem annotat ad hunc ver-
siculum hortans servum Christianum: „Si possis sublevare conditiones
adversas tuas, hoc potes semper facere”: sed desunt mandata, regulae do-
minos, fr̄tres, propinquos, consanguineos obligatae ad eliminandam servi-
tutem et liberandum servum e catenis servitutis, cum nemo in compedi-
bus alligatorum et manicis ferreis vinctorum semet ipsum solvere pos-
sit. Praeterea s.Paulus obsecrat quidem Philemonem, ut remissum servum
ipsius: Onesimum suscipiat iam non ut servum, sed pro servo charissimum
fatrem; attamen haec aures mulcentia verba modo repercussa vox est re-
sonantis echo resultans e axis regularum rigorosi Pentateuchi.

Jac. 1. Propterea modus ratiocinandi christianus non potest e superficie
25. elemosynarum in misericordia factarum et fasciculorum charismatis as-
surgere, neque in legem perfectam libertatis perspicere, et sic fratres
nostrī egentes sororesque attenuatae modo cibis mendicatis aluntur ^{semper} in
culinis socialibus omni arvina pinquedineque unctis.

Dominus noster Jesus Christus ipse ad hanc servitutem humillimam
dedit nobis praeceptum salutare et exemplum verendum in imagine imi-
tabili de lavandis palmis pulverulentis. Hac sacra specie autem Salva-
tor noster clementissimus ostendit nobis fidelibus discipulisque suis
mentem et ingenium Cananaeum sua ss. incarnatione glorificatum, non aspi-
ciens vices „servorum Dei”, sed sine exceptione servitum servorum pro-
ximis nostris distribuit nobis partite sortem hereditariam, nullum con-
silium relinquens, quomodo liberemur ex hoc onere molesto servitutis
abjectae, nec nutum tentaminis ostendens, sed optans, ut persveremus in
hoc ministerio usque ad mortem mortem autem crucis. Eventus vero osten-
debant consequentiam huius dispositionis divinae mentisque evangelicae
ut scribitur: „Omnes etiam qui credebant erant pariter, et habebant om-
Act. 2. nia communia. Possessiones et substantias vendebant, et dividebant illa
44.-4. omnibus, prout cuique opus erat.” „Neque enim quisquam egens erat inter
34. illos.” In servitute ergo Chamitica iuxta mensuram Christi de facto
nata est communitas bonorum sine commercio vulgari mulierum, nunc vero
inter Christianos a synagoga satanae divulgata arte amatoria libera

apparet quidem communio suavis muliercularum, sed evanescit communio bonorum et crescit magis magisque foedat ac inquinat miserrima paupertas, quocirca dilucide videtur in servitutis problemate cardo rerum verti, quia nec iuris Mosaici nec legis Christi inveniatur effectus. apud Christicolas temporis Apocalyptic. Ili fasciculi charitativi et culinae egenae illustrant sincere mentem propriam et photographicam imaginem pastorum atque ductorum nostrae aetatis, qui sinunt primum gem fidelium Neptuno immergi obruique undis paupertatis et miseriae, ut deinde sub titulis benesonantibus, ut charitas, labor socialis, amor proximi etc. facta virtute succurrant morte madida anhelantibus et macerae portiones distribuantur fame laborantibus. Hic modus pastoritius adversatur spiritui Moysis, animae Christi neconon institutionibus apostolorum, immo simplici formae naturaliter ratiocinandi, consequenter plena falsificatio est mentis Chamiticae a Christo portatae, benedictae et consecratae.

Cum autem a S. Romana Ecclesia doceretur et postuletur obedientia obsecundans etiam tyrannidi barbarae infestissimaeque, armamenta vero

Rom. 13: sola esse fidei Christiano preces lachrymasque: sine ullo dubio accurate circinandi sunt termini ponendique sunt limites servitii ipsius, i.e. paraphrasis clare circumscripta definienda est officii servilis, ceterum confusio idearum calamitosa succrescit tandem in consuetudine sermonis, quocirca Christiani quoque situi spirituali immiscentur a Domino Jesu de Judaeis hypocritis augurato, ut obsequiū arbitrentur se Joan. praestare Deo interficientes episcopos, presbyteros, fideles gregarios 16.2. immo et ipsum Beatissimum Patrem absque templis facientes eos. In dies multiplicantur indicia huius conditionis nostris temporibus infaustae, quia ethnici sic dicti Christiani facillime adducuntur suos fratres germanissimos secundum consanguinitatem et fidem ex mera obedientia interficere, quos iuxta doctrinam diligere debent, et quos theoretice forsitan amore quoque amplectantur. Secretum huius perturbatae fortunae est id et sine dubio ac difficultate in eo puncto ponitur atque latecit, quod haudquaquam designabantur fines huius servitii neque describebantur limitibus provinciae Christi et antichristi.

Firmando sunt ergo principia imperii atque servitutis, quibus circumferuntur rotae vitae currentis i.e. facta et dicta, actiones et sermones, verba et opera. Quomodo referantur haec omnia ad leges Christi? Hoc est problema captiosum enodandum, cum de servitute Chamitica taceat legifer Hebraeorum. Moyses enim solummodo servos mercenarios, emtitios vel armis domatos famulos noscit, qui exceptis Judaeis possunt esse immo debent esse omnes Semitae, Japhetitae et Chamitae. Contraversum Dominus noster Jesus Christus servitium Chamiticum praedicat et poscit, cui

et Judaeum obligat scl. illam formulam ministrandi, quae soluta puraque sit a pecunia, a mercede nummisque, sed ex voluntate spontanea a casta dilectione Dei genita nascatur. Hic est famulatus liber, servitus voluntaria, non coactum, non invitum obsequium, non persolvendum opibus; hanc servitutem ipsi servi possunt tantum expendere auro, aere immo et vita,
1. Petr. sed pro hoc servitio ne assem quidem accipere licet, quia tunc iam lu-
5,2. cri turpis gratia impleveramus vices servorum non vero ex amore Dei
et ex amicitia Christi. Habemus enim mandatum, ut vitam ponamus et of-
feramus pro fratribus nostris praeeunte Salvatore; et habemus promissi-
onem de amicitia Eius, si servaverimus sermones Christi.

Cum ergo servitio Chamitico a Salvatore commendato iuxta doctrinam Magistri eiusque ecclesiae sanctae mercede satisfacere nec liceat nec deceat, sequitur hoc ministerium non esse famulatum dominorum pecunia persolutum ac exaequatum, e contrario servorum pensiuncula pensatorum seu mercenariorum, tamen in paraphrasi s. Petri servitium liberorum, qui 1. Petr. 2,16. ut liberi serviant, qui ergo quasi domini et non subditi serviunt. De Matth. 12,37. sermone autem scribitur: „Ex verbis tuis enim iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis”. De operibus item: „Pater sine acceptione I. Petr. 17. personarum iudicat secundum uniuscuique opus.” et „Reddet unicuique Matth. 16, 27. secundum opera eius.” Itaque modus loquendi noster constituit nos cu- jates esse; Christum aut antichristum nominemus dominum nostrum, sed se- cundum opera afficiemur praemio in satisfactione ultima. In operibus 1. Joan. 3,10. manifesti sunt filii Dei et filii diaboli. Consequenter possibile est praedicare verba Domini Christi et eodem tempore possibile est facere opera antichristi, quae testantur cui servieramus et huius praemiis donabimur. Ideo admonet nos dilectus discipulus scribens: „Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate.” Sic verbum est confessio externa, scaenica, per speciem enunciata; opera vero i.e. servitia sunt persuasio interna, idcirco iubemur Dominum Deum nostrum verum scl. Jesum Christum in SS. Trinitate sincere, viriliter h.e. factis actionibusque, ex toto corde, anima, omnibus viribus, verbo et opere di- Jac. 4, 17. ligere; „Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum est illi!”

Propterea persuadet Jesus adolescenti multas possessiones habenti et perfectum esse desideranti distribuere bona pauperibus, ut servus Matth. 19, 21. servorum fratribus suis sit in servitio Chamitico, ex quo longe depel- litur amor sceleratus habendi, amor nummi et cupiditas regnandi, atque Phil. 3,8. cuncta bona fortunae stercora arbitrantur.

Non licet ergo nec decet: 1/ Chamitas i.e. Hunnosiculos h.e. gentem electam ethnicorum dominis servire quasi famulos mercenarios, cum hi servi servorum facti sint a patre atavo fratribus suis. 2/ non licet hanc servitutem lucri causa factam esse artem pecuniosam, sed solum pro Patre et in memoriam patris Nohae obsecundantem famulatum iuxta

exemplar verendum Christi. Optet denique hoc servitium verbis clare et pie circumscripum et factis probare ac demonstrare ad sensum apostoli scribentis: „Qui autem perspicerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor oblivious factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.”

Servitium ergo bifariam dividitur: a/in verbum et b/in factum. Verbum est doctrina iuris divini; factum vero executio legis divinae i.e. factio Verbi divini et paterni et fraterni et inimici iuxta mensuram Christi. Itaque scire oportet quo usque extenditur campus agendi servitii et obedientiae, cognoscendi sunt porro et limites, ubi finitur obedientia et incipit contradictio nec non recusatio voluntatis illegitimae, ubi inchoatur resistantia pugnaque, ut legibus Dei cogantur et dominaciones mundi et redigantur ad obsequium iuris Christi. Haec ergo resistencia, hoc bellum non est denegatio obedientiae, sed plenitudo servitii Chamitici i.e. christiani, cum illustratio mentis peccatorum et reductio "5,20. sotium ab errore viarum suarum sit perfectissima servitus fraterna. Tota vita Redemptoris nostri immaculata huius imaginis splendorem reflexum refulget, cuius ratio ceterum ex revelationibus novi Testamenti infallibiliter constituta est a s. Ecclesia Romana.

Rom.13. Secundum verba s. Pauli enim non est potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Deinde principes ministri sunt Dei nobis in bonum, vindices in iram ei, qui malum agit, et sic principes non sunt timori boni operis sed mali. Consequenter praemio afficere debent bonos vicissim punire malos. Et propter hoc munus divinum debent illis principibus obedire subditi, quae est pars civium servientium, priores positones sunt munera dominorum. Haec verba apostolica valde bene notanda et addiscenda sunt, quia hic non agitur de illo casu, in quo praesides et

factiones non a Deo deducunt potestatem suam, sed a populo, qui sensus iam in se praecipit temerariaque oppositio est iuri divino; neque ille lapsus tractatur, si persolus despota, monarcha vel princeps iniquus surgit in Deum et misit manum suam, ut affligat quosdam de ecclesia vel plane destruat cuncta altaria et solia aurata; neque illa possibilitas versatur, si tyrannus quidam vel gens tota sub titulo electionis subjugare velit sodalitatem gentium Christo sacratarum „ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis, ad alligandos reges eo-

Psalm. 149,7. rum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis." Ergo non isti tanguntur casus in admonitionibus apostolicis et Christi, quando non scelerati mali puniuntur nece, carcere, fune ductorio et retinaculo torto, sed religiosi; non boni et pii onerantur donis praestansibus, sed sonantes, cives vero insignes et nobilissimi patres familias fictis causis

2, Thes. 2,4. trucidantur; quando ^a principe non vitium insequitur, sed virtus, qui de- nique semet ipsum in locum Dei ponet, ostendens se tamquam sit Deus!

Huccine iam non obligantur obedientia saeculares erga potestates; hic terminatur servitium religiosum et incipit munus memorabile servitutis Chamiticae scl. pugna, militia pro iure Christi divino praescripta a s. Paulo in epistola ad Ephesios data, ubi accurate depingitur vultus inimici, armamenta bellicosa, strategia et tactica militantis Deo. Hoc est momentum, ubi sonat vox apostolica: „Iudicate, si iustum est in conspectu Dei hominies potius audire, quam Deum!“ Ad hanc pugnam pugnandum non minor fptitudo et mortem contemnens animus scientiaque belli desideratur, quam ad certamina Martis rigidi.

Servitium ergo Chamiticum persolam dominationem suscipit legitimam, cui paratus est ministeria vilissima facere, quae iureiurando obligat se firmare leges divinas, ast potestati hoc sacramentum negligenti bellum irrequietum indicit geritque exacerbatum ratione Christi, ut exclusis armis igniferis et materialibus, sed ardore dilectionis inimici fabricatis telis h.e. precibus assiduis, factis bonis, dictis prudentibus, ut vincat superioritate spirituali ac morali errantes a via iusta de bonitate Patris, veritate Filii et pulchritudine robore que Spiritus Sancti. Itaque ex studio servitii Chamitici secundum leges divinas separata et nova methodus vivendi et bellandi evolvitur, cuius singula principia sunt haec: 1/ Regnum et sacerdotium in una persona; Christus enim suos discipulos, fideles et amicos regnum fecit et

Apoc. 1. 6. sacerdotes Deo et Patri suo. Ergo unusquisque laicorum rex et sacerdos est in sua familia, neque haec societas familiarum permittere potest sibi oeconomiam democraticam. 2/ Unusquisque patrum familias ex nativitate heres legitimus est huius duplicitis dignitatis secundum ordinem Melchisedech, qui item rex et sacerdos erat Altissimi in unica persona. 3/ Hoc sensu est rex et sacerdos Dominus noster Jesus Christus quoque, ut a Judaeis suscipiens quidem potestatem regiam radix et genus Davidis, attamen non secundum ordinem Davidis aut Salomonis portans suam dignitatem regiam, sed secundum ordinem Melchisedech similiter et sacerdotium⁴/ Laicorum sacerdotium ut non sit externum tamen est sacerdotium internum intra terminos fani et omnium unitatum geneticarum. 5/ Ad hoc sacerdotium internum nascitur masculus, in sacerdotium externum autem consecratur, inauguratur; poetice loqui licet: sacerdos nascitur, opta fit, sed in utroque casu secundum ordinem Melchisedech. 6/ In extra-ordinariis conditionibus vitae, ubi functio sacerdotum externorum invincibilis impedimentis frangitur, e.gr. temporibus Apocalypticis de medio fient, reviviscet ius sacerdotii externi quoque in laicos spectans. 7/ Copulationes consanguinitatis familiarum in societate modo per domos, tribus, stirpes et gentes perveniant in ideam et apparatum „nationis“, cuius ingenium, naturam sublimitatemque ex ipsa societate gentilicia succrescens familia gubernatrix i.e. dynastia efficit et stigmate

obsigillat. Omnes populi modo ex suis consanguineis, sua lingua et mentalitate eligunt sibi familiam nutriuntque, quemadmodum apes dapibus propriis pascunt sibi reginam, sic et gentes familiam imperatricem, ceterum ratione diversa populi non possunt pervenire ad independentiam et indolem nationalem, solummodo nationalitatis gradum eu quāt scandere.

Huius legis divinae testis est antiquum Testamentum, ubi leges profe-

- Num. 1. runtur de ordinanda consanguinitate atque de eligendo rege In hoc pnc-
2. to evidenter scribitur: „Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem Dominus Deus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere Deuter. qui non sit frater tuus." 8/Hac via itur ad Ordinem familiarum laicum,
17. 15. cuius est scholam legum Christi instituere in omni domicilio et colonia earum studendarum et exercendarum gratia.

Ex hac doctrina Christi et Moysi et apostolorum et Ecclesiae S. Romanae lucide appareat, quia soli a Patre descendenti potestati et in leges Dei sacramentum dictis ductoribus competit obedientia et obsequium, et contra adversus dominos atheistas contradictio et repugnantia est divinitus praescripta. Hoc paradigma erexit nobis Dominus noster Jesus Christus in tota vita sua publica certans docendo et benefacien- do cum lapsis, errantibus et peccatoribus, denique in passione ss. sua non resistens malo, sed tradidit se iudici iniquo et ab omni vento agitatae turbae. Sic fungebantur sevitute Chamitica strenue apostoli et aetate persecutionum omnes fideles, martyres, confessores et virgines.

- Ideo loquuntur et scribunt magistri nostri de ministerio, quod fit in sanctos, non autem in nefarios, in carne ambulantibus, sed non secundum carnem militantibus; ideo urgetur separari a societate fidei. 2. Cor. lium incestuosus, ut huiusmodi tradetur satatnae; attamen quid est hoc "18, 1, 3. ad ipsam denegationem SS. Trinitatis vel Filii Dei?! Ideo collocatur scopus societatis in observatione mandatorum Dei. Alter apostolus vero desiderat, ne salutemus quidem venientes ad nos recedentes et non permanentes in doctrina Christi neque recipiamus huiusmodi hospitem in domum. Ceterum si quis Ave dixerit illi, communicat operibus eius malignis! Ecce, breve compendium docendi de servitio Chamitico.

CRATIO.

Adoramus Te, Pater Optime Maxime, propter immensam clementiam Tuam, qua benignissime curas custodis que creaturas Tuas debiles omni tempore solem vivificantem ascendere faciens super pios et malignos, elevans lapsos, resuscitans mortuos, beatos efficiens vi-
vos. Gratias agimus tibi meritas de pectore promptas et mente re-
petimus gratissimas semper inoblitae Tua munera, quibus novissime quo-
que cumulasti gentem nostram Hunnosiculam participem faciens eam
in opere redemptorio Filii Tui, Domini nostri Jesu Christi, ut por-
tet crucem salutarem contumeliae, abjectionis et dissipationis;
Psalm.21,
13. circumdederunt enim nos vituli multi et tauri pingues obsederunt
nos, odio factos propter nomen Tuum omnibus gentibus.

Nihilominus pro amissis patrimoniis et deculcata patria no-
stra donasti nobis veritates coelestes, consolatione earum permul-
cens cor nostrum plagis contritum, ut videntes abominationem deso-
lationis levemus capita nostra, quoniam appropinquat redemptio mor-
talium operante anima Christi ab atavis nostris Chamitis assumpta
et ex illis electa gente Hunnosicula. At quis valeat praemia debi-
ta compensare pro tot et tantis donis coelestibus acceptis?! Per-
solvet pro nobis miseris servis servorum grates dignas Tibi, Pater
O.M., Filius Tuus dilectissimus et Filius noster carissimus Dominus
noster Jesus Christus, et reddat Tibi praemia larga, opulenta et de-
bita.

Miserere nostri, Domine, respice vultu pacato nos pauperes Hun-
nos, populum nostrum egenum, nationem patriamque nostram dilaceratam;
libera nos de manu inimicorum et amicorum simulatorum; solve nos e
vinculis coetus satanae, ut libere et sine timore serviamus legi-
bus Christi in montibus, vallibus et plataeis patriae nostrae, in
templis relictis ubique locorum et temporum. Miserere nostri, Do-
mine et gentis nostre Pannonicae et patriae nostre propter sa-
cerdotium sanctum et immaculatum Filii Tui, Domini nostri Jesu Chri-
sti ex atavis Hunnosiculorum scl.a Sichemitis susceptum in suam
SS. Personam iuxta sapientiam Tuam infinitam et voluntatem aeter-
nam secundum ordinem Melchisedech propter salutem terrestrem et
coelestem omnium populorum, gentium, linguarum et hominum acquiren-
dam.

Da nobis, Pater O.M., servis Chamitis sacramentum voluntatis Tuas
sanctae semper sedule investigare et verte invenire, promtissime
assumere, favorabiliter communicare, ut qui fuerant conditores pri-

primarii, et possessores autochthones, et habitatores principes, et defensores fideles assiduique Hierosolymae terrestris, fiant et architecti omni liberali doctrina politissimi etiam Hierosolymae novae de coelo descendenteris in Ordine Familiarum Laicorum iuxta sacra-

Jer. 23, 15. menta a laicis fidelibus administranda, et quemadmodum a prophetis

Jerusalem Judaeorum egressa est plutio super omnem terram, sic a vatibus gentis alterius electae Tuae nempe Hunnosiculorum et ex emporio eorum Budapestino prodeat lumen Christi clarum super universam terram laborantibus scholis iuris divini in moribus emendatis atque sanctitate et innocentia secundum sacramentum actis.

Et quemadmodum dispersio gentis lapsae Judaeorum in maledictionem facta est a Te in universis locis ubicunque eleceras eos, iustum dispersio gentis nostrae pauperrimae Hunnosiculae a Salvatore Jesu propter pontificatum animamque electae fiat in prosperitatem, benedictionem pacemque omnium mortalium in consummatione renascencium ad profundissimam adorationem Patris et Filii et Spiritus Sancti, quoniam Tuum est regnum et Tuus est mundus non vero hominis et populi; quoniam a Te descendit, Pater Optime Maxime, omnis potestas desursum, non autem a populo aut homine desub; quoniam Tua est omnis gloria, SS. Trinitas, non vero populi aut hominis, qui tantum peregrinator errabundus est vallis lachrymarum acerbarum.

Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam, et honorem, et virtutem: quia Tu creasti omnia, et propter voluntatem Tuam erant, Apoc. 4, 11. et creata sunt; dignus es, Agnus, qui occisus es, accipere virtutem, "5.12. et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam et benedictionem; honor et gloria Sedenti in throno, et Agno, et Spiritui Sancto et potestas in saecula saeculorum.

Accipe, Abba, adorationem profundissimam et filii Tui prodigi, cui pepercisti precibus fletibusque motus, propter sacerdotem et episcopum Tuum, Julium, patrem meum nutritorem, quem regnare fecisti cum Christo in Olympo stellanti, cuius memoriam benedictam laudare et praedicare non desino omni tempore vitae meae laboriosae. Digneris benedicere, Abba, omnibus meis magistris, praefectis, rectoribus ductoribus et parentibus carissimis, ut qui ad iustitiam Tuam erudierant me indignum, quasi stellae fulgeant micantes in perpetuas aeternitates. Amen.

INDEX CAPITULORUM

Praeludium.	-----	pagina 1.
Caput primum. De gente mystica.	-----	" 5.
Caput alterum, De antiquitatibus genealogicis	-----	" 10.
Caput tertium. De sanctissimo nomine Dei : "Isten"	-----	" 20.
Caput quartum. De rege Salem	-----	" 26.
Caput quintum. De ordine Melchisedech.	-----	" 32.
Caput sextum. De aetate Apocalyptic.	-----	" 39.
Caput septimum. De populo electo.	-----	" 45.
Caput octavum. De apparitionibus praecipuis.	-----	" 53.
Caput nonum. De iuribus et muneribus.	-----	" 67.
Caput decimum. Peroratio.	-----	" 76.
Caput undecimum. Gemmae post perorationem scriptam inventae.	-----	" 87.
Caput duodecimum. De servitute Chamitica.	---"	105.
Oratio.	-----	" 113.